BIBLIOTECA NAZ.LE
111
F
5
NAPOLI

111
F
5

Digitized by Google

Digitized by Google

NOVA

CLAVIS HOMERICA:

Cujus ope

Aditus ad intelligendos ſine Interprete

ILIADIS LIBROS

omnibus recluditur.

Interſperſæ ſunt ſelectæ Clariſſ. Virorum

CLARCKII, ERNESTI, SPONDANI, cet.

Annotationes & Scholia.

Opera

JOANNIS SCHAUFELBERGERI,

Publici in Schola Turic. Pædagogi.



B. R. NEAPOLIS

Tom. IV.

Σ.——Ω.

Cum Indicibus neceſſariis.

TURICI,

LITTERIS HEIDEGGERI ET SOCC.

MDCCLXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORIBUS
GRÆCARUM LITTERARUM
Studioſis.
S. P.

UT inſtitutum meum in adducendis Viris Erudit. qui nuper hos vel illos Auctores Græcos publicæ luci expoſuerunt, hac vice proſequar;

)(illi,

Digitized by Google

illi, quos nunc in medium proferre debeo, ſunt hi:

I. *Celeb.* PETRUS WESSELINGIUS. 1763. edidit *Herodoti Halicarnaſſei Hiſtoriarum Libr. IX.* gr. & lat. ex *Laurentii Vallæ* interpretatione. cum adnotationibus *T. Galæi* & *J. Gronovii.* Editionem curavit, & ſuas itemque *Lud. Caſp. Valckenarii* notas adjecit PET. WESSEL. Fol. Amſt.

II. *Celeb.* J. AUG. ERNESTI. 1764. edid. *Polybii Hiſtoriarum, quæ ſuperſunt.* interprete *Iſ. Caſaubono*, ex recenſione *J. Gronovii*, cum notis *Caſaubonorum*, *Urſini*, *Valeſi*, *Palmerii* & *Jac. Gronovii.* Acceſſit *Æneæ Tactici* Comm. de Obſidione toleranda. cum interpret. & notis *Iſ. Caſauboni.* Præfationem & Gloſſarium Polybianum adjecit J. AUG. ERN. III. Tom. gr. & lat. Lipſiæ.

2.) 1759 — 1764. *Homeri Opera Omnia.* ex recenſione & cum notis *Sam. Clarkii.* Acceſſit varietas Lectionum MS. Lipſ. & Edd. Veterum. Cura J. AUG. ERN. qui & ſuas Notas adſperſit. V. Vol. Lipſiæ.

3.) 1764. *Xenophontis Opera.* Vol. III.tium ibid.

III. *Celeb.*

III. *Cel.* CHRIST. ADOLPH. KLOTZIUS. (cujus *Vitam* nuper delineavit *Cel.* THEOPH. CHRISTOPH. HARLESIUS in Lib. *de Vitis Philologorum, noſtra ætate Clariſſimorum.* Vol. I. p. 170. ſqq.) 1764. *Tyrtæi, quæ reſtant, omnia* collegit, Commentario illuſtravit, & edidit. Bremæ.

2.) *eodem anno: Stratonis, aliorumque veterum Poëtarum Græcorum Epigrammata*, nunc primum a CHR. AD. KLOTZIO edita. Altenburgi.

Hæc ſcribenti in mentem mihi veniunt ea, quæ IDEM in *Epiſtolis* ſuis *Homericis*, ſuperiori anno Altenburgi editis, in HOMERI laudem ſcripſit.

Quemadmodum, quo attentius magnorum cum pictorum tum ſtatuariorum opera conſideramus, quo ſæpius ad ea viſenda examinandaque redimus; eo plura ſemper, quæ laude & admiratione digna,

antea vero nunquam a nobis animadverſa, *invenimus* : *ita etiam in* Homeri *lectione verſari debemus*, *ſi magnitudinem illius ingenii recte intelligere velimus.* Fraguerium (Fraguier) *ajunt*, *qui voviſſe dicitur*, *ſe quotidie mille verſus* Homeri *lecturum eſſe*, *ad placandos manes Poëtæ expiandasque injurias*, *illis a* La-Mottio *illatas*, *illum igitur ajunt*, *cum primum* Homerum *legerit*, *ſtilo eos verſus notaſſe*, *qui apprime placerent. Cum iterum ad lectionem Poëtæ acceſſerit*, *ſummopere miratum eſſe*, *multos ſe verſus*, *pulchriores etiam illis*, *præteriiſſe. Idem illi tertium quartumque eadem carmina legenti accidiſſe* : *plenum admirationis virum doctum*, *ſemper augeri verſuum*, *qui*

qui placerent, numerum, animadvertiſſe: denique vidiſſe, omnes fere verſus ab initio usque ad finem Libri a ſe notatos eſſe, atque, hoc in ſe expertus ſit, oportet, dixiſſe, qui recte de Poëtarum principe judicare velit. Nonne vero, quicunque idem ſtudium ad legendum Homerum *attulerit, verisſima eſſe hac, intelliget? Semper illi nova materies admirandi laudandique ingenium, artem, numerosque Poëtæ occurret. (Epiſt. III. p.* 139. *ſq.)*

IV. *Cel.* GE. CHRISTO. HAMBERGERUS. ed. 1764. *Orphei Argonautica, Hymn. Libell. de Lapidibus, &* *Fragmenta.* cum notis *H. Stephani & Andr. Chriſt. Eſchenbachii.* Textum ad Codd. MSS. & Editiones veteres recenſuit, notas ſuas & Indicem græcum adjecit *Jo. Matth. Geſnerus.* Lipſiæ.

His addi poſſunt:

Selecta ex Poëtis græcis. cum vulgata Verſione emendata & Notis in uſum Scholarum. Etonæ. 1762.

ΠΑΙΑΝΙΟΥ Μετάφρασις εἰς τὴν τοῦ Εὐτροπίου Ῥωμαϊκὴν Ἱστορίαν. Brunſuici. 1763.

Hermiæ Philoſophi Gentilium Philoſophorum irriſio. cum adnotationibus *Hier. Wolfii*, *Thomæ Galei*, *Wilh. Worthii*, *ſuisque.* græce — edidit *Cel.* JO. CHRISTOPH. DOMMERICH. Halæ. 1764.

Quod nunc, *Lectores Amiciſſimi!* ad *IV.tum* hunc *Tomum* Cl. Hom. quem Vobis trado, attinet, eum *triplici* Indice, 1. *Verborum.* 2. *Rerum.* 3. *Auctorum allegat.* inſtruere, animo mihi propoſui. Cum autem DD. Bibliopolæ me certiorem fecerunt, *primum* eorum ipſis nimios ſumtus conciliaturum fuiſſe, eum plane omittere, & *duos* reliquos omni

omni, qua potui, celeritate conficere debui. Hinc *prior* non tam accuratus ac copioſus, quam fieri debuiſſet, evaſit. Si *poſterior* minus neceſſarius eſſe quibusdam videbitur, eum tamen non prorſus inutilem fore ſpero.

Ceterum, ſi hæc *Clavis Hom.* hactenus multos ad legenda *Homeri Carmina* excitavit, (ut nulla mihi de eo dubitandi cauſſa eſt,) & in poſterum excitabit, magnopere gaudebo, meique me laboris, quem in eam impendi, nunquam pœnitebit. *Scripſi* TURICI, V. ID. MART. MDCCLXV.

CASAUB.

Digitized by Google

CASAUB. *Diſſert. de Homero.*

Qui HOMERUM contemnunt, vix illis optari quidquam pejus poteſt, quam ut fatuitate ſua fruantur.

CLAVIS

CLAVIS HOMERICA,
IN Σ. ILIADIS.

v. 1.

Ὡς οἱ μὲν μάρναντο δέμας πυρὸς] Διὰ τὸ θερμὸν, καὶ σύντονον, καὶ εὐκίνητον τῶν μαχομένων. *Schol. inedita*, a *Th. Bentleio communicata.* CLARK. ita *N.* 673.

Δέμας πυρὸς αἰθομένοιο, inſtar ignis ardentis. δέμας, quod Poëtis *pro* δίκην *vel* τρόπον, more, inſtar. *plene:* κατὰ δέμας. BOS *Ell. Gr. p.* 514.

v. 3.

Ὀρθόκραιρος, αίρα, αιρον, caput erectum habens. 2.) cornua erecta habens. 3.) *h. l.* antennas arrectas habens. *Eſt hic Epith.* navis. ex ὀρθὸς, ἡ, ὸν, rectus, erectus, arrectus: & κραῖρα, ας, ἡ, caput: *aliquando eſt idem quod* κεραία, ας, ἡ, cornu: antenna.

v. 5.

Ἄρα] *Proinde* —.

v. 6.

Ὤ μοι ἐγὼ, Hei mihi.

v. 7.

Νηυσὶν ἐπικλονέονται, Ad naves fugati aguntur.

Ἀτυζόμενοι πεδίοιο, turbati per campum.

v. 8.

Μὴ δή μοι τελέσωσι θεοὶ κακὰ κήδεα θυμῷ,

(*Metuo*,) ne jam mihi paraverint Dii triſtes ſolicitudines animo. Vide ad *P. v.* 93.

v. 9.

Διεπέφραδε, narravit. aor. 2. ind. Act. v. διεπιφράζω, explico, præcipio, moneo.

v. 13.

Σχέτλιος *hic* miſer, miſerandus.

Ἦ τ' ἐκέλευον — certe juſſeram —.

v. 18.

Ὤ μοι, Πηλέος υἱὲ δαΐφρονος — Κεῖται Πάτροκλος] Narrare vero quis *brevius* (poteſt,) quam qui mortem nunciat Patrocli? *Quintilian. Lib. X. Cap. I.* CLARK.

Λυγρῆς πεύσεαι ἀγγελίης, triſtem Audies nuncium.] Si nos unquam breves eſſe decet, tum maxime decet, cum

triſtia cuipiam denunciamus. Dolor enim alioqui dolori infligitur. Primum audita re triſti ſolemus dolere, deinde ſi illa longa oratione explicetur, gravior fit longe mœſtitia, quia hos luctus ſubinde illa prolixitas refricat & adauget. Itaque prudenter Antilochus paucis hoc nuncium Achilli refert, adeo ut nihil brevius dici potuerit. SPOND.

v. 22.

Ἄχεος νεφέλη] πλῆθος λύπης, ὅ ἐςι, πολλὴ λύπη. *Schol.*

v. 23.

Αἰθαλόεις *hic* ater, fuligine oblitus. ab ἄιθω, uro.

v. 24.

Ἤισχυνε, deturpabat, dehoneſtabat. v. αἰσχύνω.

v. 23. 24.

Veteres *in luctu* inter alia etiam *cineres in capite ſpargebant*; exemplo *h. l.* eſt Achilles, quando Patrocli mortem audiiſſet.

Ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν
Χεύατο κὰκ κεφαλῆς. —
Ambabus autem manibus ſublatos cineres ardentes
Fudit ſuper caput —

POTT. *Tom. II. p.* 165. add. FEITH. *L. III. C. XV.* §. *IV.*

v. 25.

Ἀμφιζάνω, undique adhæreo, circumſedeo. ex ἀμφὶ & ἰζάνω, ſedeo.

Τέφρα, ας, *Jon.* η, ης, ἡ, cinis.

v. 27.

Δαΐζω, *h. l.* ſcindo, diſcerpo.

v. 26. 27.

Veteres *lugentes volutabant ſe terra pulverulenta.* Achilles *h. l.*

— ἐν κονίῃσι μέγας μεγαλωςὶ τανυσθεὶς
Κεῖτο. — — — — —
— *in pulveribus ingens ingenti ſpatio porrectus*
Jacebat. — — — — —

Priamus quoque

Αὐλῆς ἐν χόρτοισι κυλινδόμενος κατὰ κόπρον,
Aulæ in ſeptis volutatus per cineres.

Iliad. XXIV. v. 640. Et Menelaus ſe etiam volutaſſe, audita morte fratris, dicit *Odyſſ. IV. v.* 541. FEITH *L. III. C. XV.* §. *VII.*

v. 28.

v. 28.

Ληΐζω, prædor, depopulor: in præda capio. a ληΐη, ης, ἡ, præda. *Jon.* pro λεία.

v. 29.

Θυμὸν ἀκηχέμεναι μεγάλ᾽ ἴαχον, Animo triſtatæ altum ejulabant.

v. 30. 31.

Creberrimum *in luctu* fuit *tundere pectora;* uti ancillæ Achillis *h. l.* factitant:

— — — χερσὶ δὲ πᾶσαι
Στήθεα πεπλήγοντο. — — —
— — — *manibus vero omnes*
Pectora plangebant. — — —

FEITH. *L. III. C. XV. §. VI.* Vide etiam dicta ad *M.* 162. nec non J. AD. SCHIER *Not. ad Bionis Idyll. I.* 4.

v. 34.

Præ dolore etiam ſe interimebant, quod *h. l.* veretur de Achille Antilochus:

— — μὴ λαιμὸν ἀποτμήξειε σιδήρῳ,
— — *ne jugulum diſcinderet ferro.*

Factum ab Epicaſta, *Odyſſ. XI.* 270. *ſq.* eodem modo atque Amata apud *Virgil. Æneid. XII.* 62. *ſq.* Idem commiſit Ajax apud *Sophoclem*, *Ajac. v.* 864. *ſq.* aliosque tragicos Scriptores, quorum monumenta plena ſunt ejusmodi αὐτοχειρίας, *propriæ internecionis*, ad quam Veteres illos impenſe conſtat fuiſſe proclives. FEITH *L. III. C. XV. §. VIII.*

v. 37.

Κωκύω, fleo, ploro, lamentor, ejulo.

Θεαὶ δέ μιν ἀμφαγέροντο, Deæ autem circa ipſam congregabantur. ἀμφαγείρω, congrego circa aliquem.

v. 38,

Νηρηΐδες, Nereïdes. a Νηρεὺς, έως, & ῆος, ὁ, Nereus, *Deus marinus.* De iis vide inter alios NAT. COM. *Mythol. Lib. VIII. Cap VI.* HEDERICHS *Lexic. Mythol. p.* 1378. *ſqq.* BANIERS Götterlehre ꝛc. *Tom. III. p.* 540 *ſqq.*

v. 39 ſqq.

Parcior in enumerandis Nymphis *Virgilius*, ſed ut hinc

 proſe-

profeciſſe appareat, *l. c. Neſæa, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque* &c. ERN.

v. 50.

Ἀργύφεος, ου, ὁ, ἡ, albus propter texturam, ex alba textura conſtans. 2.) albus: ſplendidus. ex ἀργὸς, albus; & ὑφὴ, textura.

Πλῆτο, implebatur. a πλῆμι, a πλήθω, impleo. Vid. πλῆτο in alia ſignificatione Ξ. 438.

v. 51.

Ἐξῆρχε γόοιο, exorſa eſt luctum.

v. 53.

Εἴδετ' (*pro* εἴδετε, quod *pro* εἰδῆτε,) ἀκούουσαι, Sciatis audientes.

v. 54.

Δυσαριστοτόκεια, ας, ἡ, quæ optimam prolem peperit, ſed malo fato; infeliciter fortiſſimum enixa. ex δυς & αριστοτόκος, ου, ὁ, ἡ, qui, quæ optimos parit. *quod* ex ἄριστος, & τίκτω, pario.

v. 55.

Ἄρ] *Ut noſtis.*

v. 56.

Ἀνατρέχω, recurro, redeo currens. 2.) *h. l.* attollor in altum, erigor in altum, creſco.

Ἔρνος, εος, τὸ, *v. ſq.* φυτὸν, ου, τὸ, planta, germen.

v. 58.

Ἐπιπροέηκα, miſi.

v. 64.

Ἀπὸ πτολέμοιο μένοντα, ſeorſum a pugna manentem.

v. 68.

Ἐπισχερὼ, ordine. Vid. GEORG. D'ARNAUD *Lect. Græc. p.* 146. *ſq.*

v. 69.

Εἴρυντο, ſubductæ erant.

v. 77.

Ἀεικήλια ἔργα, indignas res.

Ἀεικήλιος, ου, ὁ, ἡ, indecorus: indignus.

v. 79.

Τὰ μὲν ἄρ] *Illa quidem, ut dixiſti* —. *v.* 74.

v. 80.

v. 80.

'Αλλὰ τί μοι τῶν ἦδος; Sed quæ mihi ex his voluptas?] Achilles & Patroclus amici fuerunt arctiſſimi. Ejus rei exemplum dedit h. l. Heros, docetque, ſe pluris Patrocli amicitiam facere, quam ſe ipſum, itaque delectari ſe malis Achivorum non poſſe, quanquam illa ad honorem illi viam ſternerent, cum diremtum a ſe morte ſocium intelligat: ſocium inquam non vulgarem, ſed quem ipſe pari quo ſe ipſum amicitia proſecutus ſit. Hinc eſt, quod ſe lubenter mortis oblaturus eſt periculo, ut tantam cladem ulciſcatur, qua majorem nullam ſibi contingere potuiſſe credit: & quanquam metu propriæ mortis a congreſſu Hectoris poterat deterreri, (ſciebat enim, poſt illius necem ſe brevi quoque interiturum, ut etiam Thetis ipſi denuntiat,) tamen adeo alto pectore infixam amici memoriam retinet, ut facile & æquo animo ſuæ vitæ jacturam ſubiturum ſeſe profiteatur, modo amicum ante extremum diem ulciſci potuerit. Ubi luculentum eſt generoſitatis & fortitudinis exemplum, & animi mortem contemnentis, ut ſtatim videbimus. SPOND.

v. 82.

Ἶσον ἐμῇ κεφαλῇ, Æque ac meum caput.

v. 83.

Δηώσας, Poſtquam trucidaverat.
Θαῦμα ἰδέσθαι, mirabilia viſu.

v. 85.

Ἔμβαλον εὐνῇ, collocarunt in cubili.

v. 86.

Ὡς ὄφελες — Ναίειν — ἀγαγέσθαι, Utinam — habitaſſes — duxiſſet.
Μετὰ *hic* inter.
'Αλίῃσι] ταῖς παραθαλασσίαις Νηρηΐσιν. *Schol.*
Ἅλιος, ε, ὁ, ἡ, *vel* ἅλιος, ια, ιον, marinus, maritimus.

v. 88.

Νῦν δ', Nunc vero *mortali nupſiſti.*

v. 89

Παιδὸς ἀποφθιμένοιο, De filio interfecto.

v. 93.

Ἕλωρα τινος ἀποτίειν, ob aliquem interfectum pœnas dare.

 Ἕλωρ,

Ἕλωρ, ορος, τὸ, h. l. pœna interfectionis.

v. 94.

Καταδακρυχέω, lacrymas fundo.

v. 95.

Οἷ' ἀγορεύεις, cum ita dicis.

v. 96.

Μετὰ hic poſt. Πότμος ἑτοῖμος, fatum imminet.

v. 98.

Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον — utinam ſtatim moriar, cum non potui ſocio, cum interficeretur, opem ferre] Ait Achilles: Lubens ſum moriturus; turpis enim mihi eſſet vita & multo cum dedecore, quod meum auxilium in ejus mortem diſtuli: i. e. tum demum me illi opitulandi inceſſit cupiditas, cum ipſum eripere morte amplius non poſſum. Oportebat cladem prævertere, & me ipſum amici cauſa in medios hoſtes conjicere, dum res adhuc erat in tuto. Jam vero cum ego illo animæ meæ dimidio privatus ſim, quanto cum mœrore, immo quanta cum ignominia reliquum vitæ me exacturum arbitraris, ſi inulto amico ſupervixero? Illud poſt Hectoris mortem, quod me exſpectat, fatum longe mihi ſuavius futurum eſt. SPOND.

v. 100.

Ἔφθιτ', Interiit.

Ἐμεῖο δὲ δῆσεν, me vero deſideravit.

Ἀρῆς ἀλκτῆρα γενέσθαι, malum qui propulſarem: *Et il a dans ce moment fatal vainement imploré le ſecours de mon bras*] Les Anciens ont trouvé beaucoup de difficulté à ce paſſage qu'ils ont lû fort differement. On peut voir *Euſtathe.* Pour moi il me ſemble qu'il n'y a que deux mots à dire pour l'expliquer: δῆσεν eſt pour ἐδέησεν, *il a prié, il a imploré;* & ἀρῆς eſt le Genitif du mot ἀρὴ, qui ſignifie *la mort.* Il y a un ſentiment fort naturel dans ces paroles d'Achille. DAC.

v. 101.

Νῦν δ' ἐπεὶ οὐ νέομαι] Senſus eſt alioqui rudioribus ſatis involutus, quaſi dicat Heros: Quid profuit mihi rixari, quid tamdiu iraſci, ſi tamen nihilo minus ſtat mihi fati certa hora, non declinanda, ſi idcirco dulcedo illa mea, illud

illud delicium meum Patroclus, cum ope mea deſtitueretur, quam ego iratus reliquis Græcis recuſaveram, & innumeri alii ex meis ſociis (intelligit autem, arbitror, Myrmidonas) miſere interfecti ſunt? Annon majore me ipſum affeci incommodo, quam ceteros, in quorum perniciem ſolum ſic indignabar? Enimvero quid rerum apud naves gero? Sedeo ac otioſus ſum, & terræ ſolum pondus ſum inutile, cum tamen reliquos omnes fortitudine longe antecedam: nam non curo præſtantiam & eminentiam illam in concionibus, in quibus multis me inferiorem candide fateor. Jam vero cum mihi illa omnia contigerint ob ſolam iram, quam meo tamdiu pectore concoxi: numquid, rogo, illam execrer & abominer, longeque tam a Deorum quam hominum cœtibus exulare velim: quæ cum tamen dulcis homini, quem illa poſſidet, videatur. tamen has amaritudines malorum ſui fructus nobis tandem parit? SPOND.

v. 102.

Γενόμην φάος, attuli ſalutem.

v. 103.

Δάμεν, domiti ſunt ab—.

v. 104.

Ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης, inutile pondus terræ.] Ita *Odyſſ.* Υ. 379. Ἀλλ' αὔτως ἄχθος ἀρούρης. CLARK.

v. 107.

Ὡς ἔρις ἔκ τε Θεῶν, ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο,
Καὶ χόλος, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι·
Ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο
Ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται, ἠΰτε καπνός.
Utinam *Contentio* a Diis & ab hominibus *pereat*,
Et ira, quæ impellit etiam valde prudentem ſævire.
Quæque multo dulcior melle ſtillante
Hominum in pectoribus acreſcit; *velut fumus.*

Patet, ἠΰτε καπνὸς referendum ad ἔρις ἀπόλοιτο, ut ſenſus ſit: *pereat contentio velut fumus.* PALAIR. *Obſ. phil. - crit. in Act. XIII.* 27.

Πολύφρων, ονος, ὁ, ἡ, cui multum eſt mentis *ſive* prudentiæ, prudens. ex πολὺς & φρήν.

v. 111.

Ἐχόλωσεν, iraſci fecit.

v. 112.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ,

Sed hæc quidem, quæ ante acta ſunt, omittemus, licet cum mœrore. Ita *Il. T. v.* 65.

v. 114.

Φίλης κεφαλῆς] Πατρόκλου δηλονότι. *Schol.*

Ὀλετὴρ, ῆρος, ὁ, perditor, interfector. ab ὀλέω, *vel* ὄλλυμι.

v. 115.

— κῆρα δ' ἐγὼ τότε δέξομαι, ὁππότε κεν δὴ
Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι, ἠδ' ἀθάνατοι Θεοὶ ἄλλοι.
— mortem autem ego tunc accipiam, quandocunque demum
Jupiter voluerit perficere, atque immortales Dii ceteri.

Non ſolum generoſi, ſed etiam pii hominis eſt hæc oratio, qui tum e vita diſcedere velit, cum Deus juſſerit, neque longiorem vitam optet, quam ipſe illi conſtituerit. Par enim eſt, ut qui nobis vitam uſurariam tantum largitus eſt, penes eum illam quoque repetendi jus remaneat, cui nos ſubmittere nihil eſt, quam Deo obſequentem & audientem eſſe. Ille igitur mortem unicuique conſtituit, ac proinde illa inevitabilis eſt. — Hæc animo revolvens Heros ſe ipſum hoc argumento ad mortem bene comparat, quaſi illi utique moriendum ſit: tum exemplo ipſius Herculis, qui hanc legem moriendi pariter evitare non potuit, eadem quoque ſe teneri patitur. SPOND.

v. 120.

Τέτυκται, eſt.

v. 122.

Βαθύκολπος, ου, ὁ, ἡ, profundum ſinum habens. ex βαθὺς & κόλπος, ſinus.

v. 123.

Παρειάων ἁπαλάων, genis a teneris.

v. 124.

Ὀμόργνυμι, *fut.* ξω, tergo, abſtergo. velut ab ὀμόργω,

Ἀδινὸν, crebro: confertim.

Ἐφείην, cogam.

v. 125.

v. 125.

Γνοῖεν, Sentiant.

v. 126.

Ἔρυκε μάχης, prohibe a prælio.

v. 130.

Ἔχονται, detinentur.

v. 133.

Ἐπαγλαϊεῖσθαι, exultaturum eſſe. *Att.* pro ἐπαγλαΐσεσθαι, v. ἐπαγλαΐζομαι, exulto ob —, inſolentius me effero ex ἐπὶ & ἀγλαΐζω, illuſtro, ſplendidum reddo. *Inde* ἀγλαΐζομαι, illuſtror, ſplendeo, gaudeo.

v. 134.

Καταδύσεο, ingredere.

v. 136.

Νεῦμαι, revertar. *Dor.* & *Jon.* pro νέομαι.

Ἅμ' ἠελίῳ ἀνιόντι, ſimul ac ſol ortus erit.

v. 138.

Πάλιν τράπεθ'] *Avertit ſe.*

Υἷος ἑοῖο, a filio ſuo.

v. 142.

Ἀγορεύσατ', dicite.

v. 148.

Ἄρ] *Ut jam dictum eſt*, *v.* 146.

v. 153.

Κίχον, aſſecuti fuerant.

v. 157.

Θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκὴν, impetuoſam induti fortitudinem, impetuoſum induti robur. Vid. KYPKE *Obſerv. S. in Luc.* XXIV. 49.

v. 158.

Νεκροῦ ἀπεστυφέλιξαν, A mortuo vi repulerunt.

v. 159.

Ἄλλοτ' — ἄλλοτε, interdum — interdum.

Ἐπαΐξασκε κατὰ μόθον, impetum faciebat per tumultum.

v. 161.

Ὡς δ' ἀπὸ σώματος] Leo famelicus ferociſſimus eſt, ſummoque periculo ei occurritur: unde cum ingentem audaciam exprimere volunt Poëtæ, leonis eſurientis comparatione utuntur. Sic *Virgil. Æneid.* X. 723. *ſqq.*

&

& IX. 339. *ſqq.* & idem noſter *Homerus* ſupra *Iliad.* Γ. 23. *ſqq.* & *M.* 299. *ſqq.* SPOND.

Ἀπὸ σώματος] verte *a cadavere* aut *corpore cæſo*, interfectæ beſtiæ: vel ſaltem ſic intellige. ERN.

Λέοντ' αἴθωνα, leonem fervidum.

v. 162.

Ποιμένες ἀγραυλοι, Paſtores in agro pernoctantes. Vid. ad K. 155. nec non KYPKE *Obſerv. S. in Luc. II.* 8. PORSCHBERG. *Theocrit. Script. S. illuſtr. p.* 5.

Δίεσθαι, ſummovere.

v. 164.

Δειδίξασθαι, abſterrere. v. δειδίσσομαι, *vel* τίομαι, terreo, abſterreo.

v. 165.

Εἰρύσσειν, abſtraxiſſet.

Ἄσπετον ἤρατο κῦδος, immenſam retuliſſet gloriam. ita Γ. 373.

v. 167.

Ἦλθε, veniſſet.

Θωρήσσεσθαι, ut prodiret in pugnam.

v. 168.

Κρύβδα, *adv.* clam, occulte. a κρύπτω, abſcondo.

Fertur *h. l.* Juno Iridem ad Achillem miſiſſe κρύβδα Διός, *clam Jove*, Jupiter vero eam rem haudquaquam noſſe, οὐκ οἶδε Κρονίδης, *i. e* pene ſe geſſiſſe, ac ſi neſciverit, quod idem eſt ac ſi dicas, conniventem, atque id quod viderat diſſimulantem ſe geſſiſſe; quemadmodum hujusmodi diſſimulatione utens Deus non raro a Divinis Litteris inducitur. Atque eam fuiſſe Homero mentem, ex eo liquet, quod alibi Dei oculos nihil plane fugere diſerte affirmaverit. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. II. p.* 119. 120.

v. 173.

Ἀμυνόμενοι πέρι — pugnantes pro —.

v. 175.

Ἐπιθύω, recta irruo: impetu feror in aliquem. ex ἐπὶ & θύω, *idem.*

v. 178.

Ἄνα, ſurge. ita Z. 331.

Σέβας,

Σέβας, τὸ, *indeclinab.* reverentia, veneratio, *pudor.* a σέβω, & ομαι, veneror: pudet me.

v. 180.

— αἴκεν τι νέκυς ἠσχυμμένος ἔλθῃ,

— ſi quid indignum cadaver paſſum fuerit.

Conf. HOOG. *ad* VIG. *C. V. S. VIII. R. I.* (*N.* 36.)

v. 184.

Κυδρὸς, ρὰ, ρὸν, venerandus, glorioſus, clarus. a κῦδος, εος, τὸ, gloria, decus.

v. 186.

Ἀμφινέμομαι, circum habito, incolo, habito.

v. 188.

Πῶς τ' ἄρ' ἴω μετὰ μῶλον; Et quomodo igitur ire poſſum ad pugnam? CLARK. Bene hoc loco uſus eſt Cicero ad Atticum, in dubitatione de partibus belli Cæſariani, iretne ad Pompejum nec ne. ERN.

v. 191.

Στεῦτο, Pollicita eſt. Vid. ad *B.* 597.

Οισέμεν, allaturam *ſe.*

v. 192.

Τεῦ, cujus.

Δύω, induere poſſim.

v. 197.

Οἱ κλυτὰ τεύχε' ἔχονται, quod inclyta arma detinentur. *Al.* ὅ τοι, quod tibi arma &c.

v. 198.

Φάνηθι, da te in conſpectum.

v. 205.

Ἀμφὶ δέ οἱ κεφαλῇ νέφος ἔστεφε δῖα θεάων Χρύσεον, κ.τ.λ. Caput autem ei nube cinctum ornavit auguſtiſſima dearum Aurea, &c.] On ne ſauroit imaginer de poëſie plus ſublime. Homere en parlant de Diomede armé, l'a comparé à l'aſtre de la canicule, mais ici en parlant d'Achille nud, le Poëte ſe ſurpaſſe lui même, c'eſt Pallas qui compoſe elle-même une armure merveilleuſe à Achille. Ce Héros tout éclatant de feu, eſt couvert de l'égide immortelle & d'un nuage d'or, de ſorte que par là Homere trouve le ſecret d'en faire comme un Dieu, & de le repreſenter en quelque façon tel que Jupiter même,

même, qui tient l'égide, aſſemble les nuées & lance les éclairs : car voilà les trois noms de Jupiter, *αἰγίοχος*, *νεφεληγερέτης*, & *ἀστεροπητής*. DAC.

v. 208.

Τὴν δήϊοι ἀμφιμάχονται, quam hoſtes oppugnant.

v. 209.

Στυγερῷ κρίνονται ἄρηϊ, horrendo decernunt Marte.

v. 210.

Ἄστεος, Urbe *procurrentes*.

Ἅμα ἠελίῳ καταδύντι, ut ſol occiderit.

v. 211.

Πυρσὸς, ῦ, ὁ, fax. a πῦρ, ignis.

Φλεγέθω *hic* ardeo : incendor.

Ἐπήτριμος, ου, ὁ, ἡ, denſus. 2.) confertus. ex ἐπὶ & ἤτριον, ου, τὸ, ſtamen : textum.

v. 212.

Γίγνεται ἀΐσσουσα, fit aſſurgens : emicat.

Περικτιόνεσσιν ἰδέσθαι, vicini *vel* finitimi ut videant.

v. 213.

Ἄρεως ἀλκτῆρες, Martis propulſatores.] ἀποτρεπτικοὶ τῦ πολέμυ. *Schol.*

v. 216.

Ὀπίζομαι, vereor, revereor, curo. ab ὄπις, ιδος, ἡ, cura, reſpectus.

v. 218.

Φθέγξατ', Vociferata eſt. Τρώεσσιν ἐν, inter Trojanos.

v. 219.

Σάλπιγξ, γγος, ἡ, tuba, buccina.

v. 220.

Περιπλομένων, *per Sync.* pro περιπελομένων, *vel* περιπολυμένων. a περίπλομαι, pro περιπέλομαι, *vel* περιπολῦμαι.

v. 219 — 221.

Tubæ quoque uſum in obſidione, notat *h. l.* Homerus:

Ὡς δ' ὅτ' ἀριζήλη φωνὴ, ὅτε τ' ἴαχε σάλπιγξ
Ἄστυ περιπλομένων δηΐων ὑπὸ θυμοραϊστέων·
Ὣς τότ' ἀριζήλη φωνὴ γένετ' Αἰακίδαο.

Ut vero cum admodum luculenta vox fit, quando clangit tuba
Urbem cingentes hoſtes propter exitiales :
Sic tum admodum luculenta vox erat Æacidæ.

Scholia-

Scholiaſtes tamen vult, hoc κατὰ πρόληψιν, *per anticipationem*, ab Homero dictum; quia heroicis temporibus nondum inventa tuba: concha duntaxat utebantur marina. FEITH. *L. IV. C. XIII. §. VI.* add. POTT. *Tom. II. p. 67.* GOGUET Unterſ. von dem Urſpr. der Geſ. Künſte u. Wiſſenſch. *Tom. I. p. 325. ſq. II.* 318. 323.

v. 222.

Ἄϊον, audiverunt.

Ὄπα χάλκεον] Virgil. *Ferrea vox.* Æneid. VI. 626. στερεὰν φωνήν. *Schol.*

v. 224.

Ἂψ ὄχεα τρόπεον, Retro currus vertebant.

Ὄσσομαι, præſagio: auguror, vaticinor: prævideo, proſpicio.

Ἄλγεα, clades.

v. 225.

Ἔκπληγεν, perculſi ſunt.

v. 229.

Ἐκυκήθησαν, turbati ſunt. v. κυκάω, ῶ, miſceo, liquores miſceo, confundo, turbo, perturbo.

v. 236.

Φέρετρον, ου, τὸ, feretrum, capulum: lectica. a φέρω.

Δεδαϊγμένον ὀξέϊ χαλκῷ, laceratum acuto ære.

v. 241. 242.

Ἠέλιος μὲν ἔδυ, παύσαντο δὲ δῖοι Ἀχαιοὶ

Φυλόπιδος κρατερῆς. — — —

Sol quidem occidit, finemque fecerunt nobiles Achivi

Certaminis aſperi. — — —

Pugna fere ſemper noctu terminabatur.

Il. II. v. 387.

— Νὺξ ἐλθοῦσα διακρινέει μένος ἀνδρῶν.

— *Nox ſuperveniens dirimit ardorem virorum.*

Sic *Salluſtius de Bello Jugurth. Cap. LX. Utrimque prælium nox diremit. Plutarchus* vero etiam *Craſſo* narrat, *Parthis* οὐ πάτριον, *non moris* fuiſſe νυκτομαχεῖν, *ut de nocte pugnarent.* FEITH. *L. IV. C. XIV. §. IX.*

v. 242.

Ὁμοιΐου] Ἰστέον ὅτι ὁ Ποιητὴς πανταχοῦ τὸ Ὁμοιΐον ἐπὶ τοῦ φαύλου λαμβάνει. οἷον, γῆρας ὁμοιΐον, — θάνατον ὁμοιΐον, &c. Schol. ad Δ. 315.

v. 245.

v. 245.

Πάρος δόρποιο μέδεσθαι, antequam cœnam curarent.

v. 248.

Ἐξεφάνη, In conſpectum ſe dederat.

v. 250.

Πρόσσω καὶ ὀπίσσω, futura & præterita.

v. 251.

Γένοντο, nati erant.

v. 254.

Ἀμφὶ μάλα φράζεσθε, In utramque partem diligenter deliberate.

v. 258.

Ῥηΐτεροι πολεμίζειν, minus graves in pugna.

Ῥηΐτερος, έρα, ερον, facilior. *Compar.* a ῥηΐδιος, δία, διον, facilis. *Poët.* pro ῥάδιος.

v. 259.

Χαίρεσκον, gaudebam.

Ἰαύω *h. l.* pernocto, dormio.

v. 261.

Δείδοικα] *Timeo*; non *Timui*.

v. 262.

Ὑπέρβιος, ου, ὁ, ἡ, omnem vim excedens, violentus: ſuperbus. ex ὑπὲρ & βία, vis.

v. 264.

Μένος Ἄρηος δατέονται, vim Martis communem experiuntur: μερίζονται τὸν τοῦ πολέμου κίνδυνον. *Schol.*

v. 272.

Αἰ γὰρ δή μοι ἀπ' οὖατος ὧδε γένοιτο, Utinam ſane mihi omnino inauditum tale quid fit! *Grands Dieux, détournez un ſi grand malheur, & que je n'en entende jamais la pareille nouvelle!* DAC.

v. 274.

(κατὰ) Νύκτα, Per noctem.

Σθένος ἕξομεν, nos muniemus.

v. 275.

Ἐπὶ τῆς, ad has.

v. 276.

Ἐζευγμέναι, coagmentatæ, conjunctæ.

Ἐρύσσονται, tutabuntur.

v. 277.

v. 277.

Σὺν τεύχεσι θωρηχθέντες Στησόμεθ' ἀμπύργυς, armis inſtructi Stabimus ſuper turribus.] Refertur iſtud σὺν τεύχεσι non ad θωρηχθέντες, ſed ad Στησόμεθ' ἀμπυργυς. Vid. ſupra ad Θ. 530. CLARK.

v. 278.

'Αμπύργυς] Ita edidit *Barneſius*, quocum facit & Codex *Harlejanus*. Sic ἀμβωμοῖσι ſupra Θ. 441. ἀμφόνον *K*. 298. ἀμπόνον *P*. 82. &c Vulgati hic legunt, ἂν πύργυς. IDEM.

"Αλγιον, gravius *fuerit*. ἀλγίων, moleſtior. *Comparat.* ab ἄλγος, εος, τὸ, dolor: moleſtia.

v. 280.

"Εισ', ibit.

v. 281.

(ἐκ *vel* ἀπὸ) Παντοίυ δρόμυ ἄσῃ, Vario curſu ſatiarit.

Ηλασκαζω, *idem quod* ἠλάσκω, vagor, errabundus circumeo.

v. 285.

'Ουκ ἔτ' ἐμοὶ φίλα] Indicat vocula iſta ἔτι, gratum fuiſſe Hectori, quod antea dare ſolebat conſilium Polydamas, ſupra *M*. 60. 80. *N*. 725. 748. CLARK.

v. 288.

Πρὶν μὲν γὰρ Πριάμοιο] Priamus non ſolum potentiſſimus fuit populorum ſibi ſubditorum multitudine & amplitudine regionis, ſed etiam ditiſſimus: qui divitias illas dicitur ex aurifodinis, quæ apud Abydum ſunt in Aſtyris, collegiſſe quidam exiſtimabant, ut refert *Strabo*, *Lib. XIV*. SPOND.

v. 289.

Μυθέσκοντο, prædicabant.

v. 290.

'Εξαπόλωλε δόμων, perierunt ex ædibus.

v. 292.

Περνάμεν' ἵκει, venum avectæ abiere.

Πέρνημι, vendo: in longinquam regionem venum exporto.

'Ωδύσατο, iratus fuit. v. ὀδύζομαι, iraſcor.

v. 294.

"Ελσαι, concluſiſſe. Vid. ad *A*. 409.

v. 295.

Φαῖν', *pro* Φαῖνε, oſtende.
'Ενὶ δήμῳ, inter cives.

v. 300.

Ὑπερφιάλως, *h. l.* admodum, valde, vehementer.
Κτεάτεσσιν - ἀνιάζει, de opibus *periclitantibus* - ſollicitus eſt.
'Ανιάζω, moleſtia afficio, triſtitiam adfero. ab ἀνία, ας, ἡ, mœror, triſtitia.

v. 301.

Λαοῖσι δόμεν καταδημοβορῆσαι, copiis det publice abſumendas.
Καταδημοβορέω, ῶ, populum devoro, quæ ſunt populi voro. *h. l.* publice conſumo. ex κατὰ, δῆμος, & βορὰ, eſca.

v. 302.

'Επαυρέμεν, *illis* frui.

v. 305.

'Ετεὸν, revera.
'Ανέστη, ſurrexit ad certamen.

v. 306.

Τῷ ἔσσεται, ei erit.

v. 307.

Μάλ' ἄντην στήσομαι, audenter contra Stabo. Conf. *Cel.* KYPKE *Obſ. S. in Eph. VI.* 11.

v. 308.

Ἤ κε φέρησι - ſeu referat -] Modeſte loquitur Hector, neque tam validum adverſarium ſeſe Achilli futurum putat, ut certo illius victoriam ſibi ſpondere poſſit: neque idcirco tamen adeo ſe deprimit, ut illi ſe parem non futurum dicat, ſed ſubiturum Martis inſtabilitatem, qua ἑτεραλκὲς committitur prælium. — *Porro* & Poëta *paulo poſt* & ipſe eventus docebunt, quam temere hoc ab Hectore ſit factum, ſpreto utili Polydamantis conſilio. Itaque monebuntur hac in parte & Duces & Imperatores, bellum magis prudentia, quam inconſulta vi armorum conficere. ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης, ut eſt apud *Eurip.* in *Phœniſſis.* SPOND.

v. 309.

Ξυνὸς 'Ενυάλιος] Ita *Livius*: Communis Mars, & incertus

tus belli eventus. *Cicero :* Omnis belli Mars communis. *Epiſt. ad Familiares, Lib. VI. Ep.* 4. CLARK.

v. 312.

Ἐπῄνησαν, aſſenſi ſunt.

v. 313.

Πολυδάμαντι δ' ἄρ' οὔτις,] Homere peint bien ici l'aveuglement des hommes ; les conſeils les plus pernicieux leur paroiſſent ſouvent les meilleurs. D'où vient cela ? Il en dit la raiſon, c'eſt que Dieu leur ôte leur ſageſſe, & qu'il les livre à un eſprit d'étourdiſſement. DAC.

v. 319.

Ὧι ῥά θ'] *Cui ſcilicet*—.

Ὑπὸ — ἁρπάσῃ, ſurripuerit.

Σκύμνος, ου, ὁ, catulus, *propr.* leonis.

Ἐλαφηβόλος, ου, ὁ, qui cervos jaculis figit, venator cervorum. 2.) venator quivis. ex ἔλαφος, ου, & βάλλω, jacio.

v. 320.

Ὕστερος ἐλθών, ſero cum advenerit.

v. 321

Ἄγκος, εος, τὸ, vallis, convallis.

Ἐπῆλθε, obit.

Ἐρευνάω, ῶ, indago, inveſtigo. *de canibus, venatoribus :* ſcrutor, perſcrutor, quæro.

v. 322.

Εἴποθεν, Sicubi.

Ἐξεύροι, inveniat.

Δριμὺς χόλος αἱρεῖ, acris ira *eum* corripit.

v. 324.

Ἅλιον ἔπος ἔκβαλον, irritum verbum effudi.

v. 325.

Θαρσύνων, Bono animo eſſe jubens.

v. 326.

Ὀπόεντα] Ὀποῦντα· πόλις τῆς Λοκρίδος. *Schol.*

Ἀπάξειν, reducturum.

v. 327.

Λαχόντα, ut nactus erat.

Ληΐδος αἶσαν, prædæ portionem.

v. 328.

Ἀλλ' οὐ Ζεὺς ἄνδρεσσι νοήματα πάντα τελευτᾷ.

Sed non Jupiter hominibus cogitata omnia perficit.

Sic eſt nimirum in rebus hominis comparatum, ut conſilia & deliberationes noſtræ finem ſuum ſemper non conſequantur. — Et tamen genus eſt hominum ſic ſui ſecurum, ut multa audeat ſibi in futurum polliceri nulla Dei habita ratione, in cujus poteſtate ſola & ſola voluntate eventus omnes ſunt poſiti. Itaque prudenter alii, qui ea conditione deliberant, ut, ſi Deo placuerit, tantum exitum mentis ſuæ ſtatuta ſortiri expetant. SPOND. *Οὔτι μάλ' ἀνθρώποις καταθύμια πάντα τελεῖται. Theogn. Gnom. v. 617.* Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν. *Pindar. Olymp. Ode XII. v. 14.* CLARK.

v. 329.

Πέπρωται, fato ratum eſt.

Ὁμοίην γαῖαν ἐρεῦσαι, eandem terram rubefacturos.] ἐρυθρὰν τῷ αἵματι ποιῆσαι. *Schol.*

Ἐρεύθω, rubefacio. ab ἔρευθος, εος, τὸ, rubor.

v. 330.

Αὐτοῦ, hic. *ita v.* 332.

v. 332.

Καθέξει, tenebit.

v. 333.

Σεῦ ὕστερος, te poſterior.

v. 335.

Φονεὺς, έως, ὁ, interfector, homicida. a Φονεύω, occido.

v. 336.

Ἀποδειροτομέω, ῶ, obtrunco, cervicem abſcindo, decollo, abſcindo a cervice. ex ἀπὸ & δειροτομέω, decollo, caput amputo. *quod* ex δειρὴ, ῆς, ἡ, collum, cervix: & τέμνω, ſeco.

v. 341.

Καμόμεσθα, labore acquiſivimus. aor. 2. ind. Med. pro ἐκαμομεθα, v. καμνω, *h. l.* cum labore comparo.

v. 342.

Πίειρος, ου, ὁ, ἡ, pinguis, opimus, opulentus. a πίων. *idem.*

v. 346.

v. 346.

Λοεἶροχόος, ου, ὁ, ἡ, aquam ad lavandum fundens, aquam lavantibus affundens: ad lavacrum aptus. Eſt autem *Dialyſis* pro λοεἶροχόος. ex λοεἶρὸν, ου, pro λοῦἶρον, ου, lavacrum, balneum: aqua lavationi parata; & χέω, fundo.

Ἵςασαν ἐν πυρὶ κηλέῳ, ſtatuerunt in ignem ardentem. κήλεος, Θ. 217.

v. 347.

Ἐν — ἔχεαν, infuderunt. Ἀῤ] *Deinceps.*

Ὑπὸ — δαῖον, ſubtus — accenderunt.

v. 348.

Γάςρη, ης, ἡ, fundum vaſis, navis & ſimilium. a γαςὴρ, venter.

Ἄμφεπε, ambibat. v. ἀμφέπω, amplector, circumdo.

Θέρμετο, calefiebat. v. θέρμω, calefacio.

v. 349.

Ζέω, *fut.* ζέσω, ferveo, bullio, excandeſco.

v. 351.

Ἐν — πλῆσαν, *ſeq. Gen.* repleverunt. *ſeq. Abl.*

Ἄλειφαρ, ατος, τὸ, unguentum: oleum. ab ἀλείφω, ungo.

Ἐννέωρος, ου, ὁ, ἡ, novennis. ex ἐννέα, novem; & ὥρα, ἡ, annus.

v. 352.

Ἑανῷ λιῖὶ] Non *peplo ſubtili*, (nam ἑανὸς *Peplum* mediam ſemper apud Homerum corripit;) ſed *tenui linteo.* CLARK.

v. 350—353.

Exhalata anima *cadaver lotum ac unctum.* In eum uſum jubet Achilles λοεἶροχόον τρίποδα, *aptum ad lavacra tripodem*, ad ignem ſtatui, ut fervente aqua corpus Patrocli ablueretur & inungeretur:

Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε, καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ,

Tum ſtatim lavaruntque, & unxerunt pingui oleo.

Idem juſſit ancillas Hectori præſtare,

Δμῳὰς δ' ἐκκαλέσας λοῦσαι κέλεἶ' ἀμφί τ' ἀλεῖψαι.

Ancillas autem evocatas lavare juſſit, circumque ungere.

Iliad. XXIV. v. 582. Ipſique adeo Achilli mortuo Græci

— — — καθήραντες χρόα καλὸν

Ὕδατί τε λιαρῷ, καὶ ἀλείφατι. — —

 — *pur-*

— — purgantes corpus pulchrum
Aqua calida, & unguento. — — *Odyſſ. XXIV.* 44. *ſq.*
Imitatus *Virgilius* in funere Miſeni, *Æneid. VI. v.* 219.
— corpusque lavant frigentis & ungunt.
Ubi *Servius* ex *Ennio:*
Tarquinii corpus bona fœmina lavit & unxit.
Tum linteo involutum *in lecto ferali deponebant.*
Ἐν λεχέεσσι δὲ θέντες, ἑανῷ λιτὶ κάλυψαν
Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς· καθύπερθε δὲ φάρεϊ λευκῷ.
Inque lectis poſitum, peplo ſubtili texerunt
Ad pedes a capite: deſuper autem palla candida.
Ubi alba veſtis; qua etiam amictum Arati corpus ex Ægeo in urbem intulerunt Sicyonii, teſte *Plutarcho in vita Arati.* FE TH. *L. I. C. XIII. §. II. & III.* add. POTT. *Tom. II. p.* 148. 149.

v. 354.

Ἔπειτα, tandem.

v. 357.

Ἔπρηξας καὶ ἔπειτα, Et perfeciſti opus tandem.] ἀντὶ τοῦ, ἐξετέλεσας δὴ, καὶ ἤνυσας, ὃ ἠβουλήθης, ὦ Ἥρα, ἀναστήσασα τὸν Ἀχιλλέα. *Schol.*

v. 358.

Ἦ ῥά νυ σεῖο Ἐξ αὐτῆς ἐγένοντο — te nimirum Ex ipſa nati ſunt —] C'eſt une raillerie amere, comme ſi Junon étoit infidelle. Junon ſent bien l'aigreur de ce reproche, & y répond fort bien. DAC.

v. 362.

Καὶ μὲν δή που τις μέλλει βροτὸς ἀνδρὶ τελέσσαι,
Vel jam aliquis homo homini perfecerit.
Schol. καὶ μὴν ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ κακὸν κατασκευάσει.

v. 367.

Κακὰ ῥάψαι, mala machinari.

v. 371.

Κυλλοποδίων, ωνος, ὁ, ἡ, qui distortis pedibus eſt, claudus, loripes. *Vulcani* Epith. ex κυλλὸς, claudus; & ποῦς.

v. 369 — 371.

Æs olim ad ſplendorem ac magnificentiam ferro viſum eſt opportunius, gratumque eſſe Diis, omenque illi bonum, & virtutem expiandi ineſſe putaverunt priſci. Quare

Quare in condendis urbibus *Rhodigino* teſte (*Lib. X. c.* 70.) Tuſci æreo vomere mœnia deſignabant tum boni ominis ergo, tum ut locum expiarent, quod in deſignandis mœniis urbis Romæ Romulus ipſe feciſſe perhibetur. Hinc quoque factum puto, ut Deorum templa & domicilia *Chalcidica* dicerentur, h. e. *ærea*, quia aut ex ære confecta, aut ære ſaltem ornata, ut paſſim *Homerus* habet. Nam & Jovis, & Vulcani, ipſiusque Regis ventorum tecta atque ædes ærea ſunt. De Vulcano exemplum eſt *h. l.*

Ἡφαίςυ δ' ἵκανε δόμον Θέτις ἀργυρόπεζα
Ἄφθιτον, ἀςερόεντα, μεταπρέπε' ἀθανάτοισι
Χάλκεον.

Quos verſus ad hunc modum Latinos fecimus:

Vulcani niveis pedibus pervenit ad ædes
Alma Thetis, ſtellis diſtinctas, Numine dignas,
Æternas, incorruptas, ſolido ære micantes.

Unde & *Virgilius* Junonis templum pene ex uno ære conſtructum recenſet, (*Æneid. Lib. I*)

Ærea cui gradibus ſurgebant limina, nexæque
Ære trabes, foribus cardo ſtridebat ahenis.

Cujus rei rationem affert luculentiſſimus interpres *Servius*: *Quod æs magis*, inquit, *in uſu Veteres habebant, vel quod Religioni magis apta eſt hæc materia.* Nam & Flamen Dialis æreis cultris tondebatur. Neque vero apud pleraſque ſolummodo Ethnicorum gentes, ſed etiam apud Hebræos hoc metallum habitum eſt religioſius, & ad templi ornatum uſusque ſacros ex omni memoria uſurpatum. &c. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. I. p.* 164. *ſqq.*

v. 372.

Ἑλισσόμενον περὶ φύσας, verſanrem ſe circa folles.

φύσα, *vel* φύση, ης, ἡ, follis.

v. 373.

Σπεύδω, *h. l.* ſtudioſe ago.

Τρίποδας γὰρ ἐείκοσι πάντας ἔτευχεν] *Non pauciores quam viginti.* Male igitur Scholiaſtes, Περιττὸν (inquit) τὸ πάντας· Nam in iſta voce vis omnis ſententiæ conſiſtit; *tripodas uno eodemque tempore non minus viginti fabricabatur.* (Ita *H.* 161. Οἱ δ' ἐννέα πάντες ἀνέςαν. *Non pauciores quam novem.*

novem. Latine dicas : *novem ipſi.* Qua ratione dixit Cicero, *decem ipſos dies*, &, *annis octoginta ipſis*) Vide infra ad *v* 470 & ad *T.* 247. CLARK.

Cum, quæ Homerus edidit poëmata, veluti picturæ ſint abſolutiſſimæ, (nam, quemadmodum *Horatius* monet, *Ut pictura poëſis erit*,) utcunque ingenio valeat ac diligentia, qui eorum exemplum effingit, ſcilicet in aliam linguam convertit, nunquam exemplum dabit, quod ab archetypi laude atque præſtantia non longiſſime abſit. Quam laudem *h l.* Vulcano tribuit Homerus, quod tripodas vitali motu præditos faceret, ita ut ſponte ſua atque, ut Græci dicunt, αὐτομάτως ad Deorum cœtus progrederentur, ipſemet meo quidem judicio maxime promeritus eſt. Ipſum enim mirificum illum artificem eſſe jure optimo dixeris, qui brutis rebus ſenſuque carentibus animam prope indere, & carmina vitæ plena fereque ſpirantia perpetuo fundere viſus eſt, ut *Ariſtoteles* affirmare non dubitaverit, e Poëtis omnibus unum Homerum ſciviſſe nomina & vocabula, quibus motus & vita inſit, effingere. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. I. p.* 118. *ſq.*

v. 374.

Ἐυςαθὴς, έος, ὁ, ἡ, bene fundatus, ſtabilis, firmus, conſtans. ex ἐυ & ἵςημι.

v. 375.

Ὑπὸ — θῆκεν, ſubdiderat.

v. 376.

Δυσαίατ', ingrederentur.
Ἀγὼν *hic* cœtus.

v. 377.

Νεοίατο, redirent.

v. 378.

Τόσσον μὲν ἔχον τέλος, in tantum quidem perfecti erant.
Ὄυατα *hic* anſæ.

v. 379.

Προσέκειτο, additæ erant.
Ἀρτύω, apparo, adorno, inſtruo.
Κόπτω *hic* cudo. Δεσμὸς *hic* clavus.

v. 380.

v. 380.

Ἐπονέετο, conficiebat.

Ἰδυῖα, docta, ſciens, perita. præt. part. Med. pro εἰδυῖα, v. εἴδω, ſcio.

Ἰδυίῃσι πραπίδεσσι, *Iliad. A. v.* 608. ἰδυίῃσι πραπίδεσσι, *en ſuivant les idées que lui fourniſſoit ſa ſcience toute divine,*] C'eſt la force de ces deux mots: ἰδυίῃσι πραπίδεσσι, *peritis præcordiis.* Homere veut dire par là que Vulcain n'avoit point devant lui de modelle; car un Dieu ne doit tirer que de lui même les exemplaires de tous les ouvrages qui ſortent de ſes mains. DAC.

v. 382.

Προμολέω, prodeo, progredior. ex πρὸ & μολέω, vado, eo.

Λιπαροκρήδεμνος, ου, ὁ, ἡ, pulcram habens vittam, vitta eleganti nitidus. ex λιπαρὸς, ρα, ρὸν, pinguis, obeſus: pulcher, præclarus; & κρήδεμνον, ου, τὸ, capitis ligamentum, vitta.

v. 386.

Θαμίζεις, ſæpe veniebas. Θαμίζω, frequento, frequenter accedo. ex θαμὰ, *adv.* crebro, frequenter.

v. 387.

Προτέρω, *adv.* longius, ulterius.

Ἵνα τοι πὰρ ξείνια θείω, ut tibi hoſpitales epulas apponam.

v. 388.

Πρόσω ἄγε, ulterius ducebat.

v. 392.

Τι, *plene:* κατά τι πράγμα, aliqua in re.

v. 395.

Τῆλε πεσόντα, prolapſum longe.] τηλόθεν· ἤτοι ἀπ' οὐρανοῦ. *Schol.*

v. 396.

Ἰότητι, propter conſilium. ἰότης, *E.* 874.

v. 397.

Πάθον, paſſus forem.

v. 398.

Ὑπεδέξατο κόλπῳ, *ſibi recepiſſet* ſinu.

v. 399.

Ἀψόῤῥοος, *contr.* ἀψόῤῥους, ου, ὁ, ἡ, retrograda *ſeu* reciproca fluenta habens, refluus. ex ἄψ, retro. *Vel*: fluens citato curſu, *quaſi* αἰψόῤῥοος, ex αἶψα, cito, celeriter; & ῥόος, fluentum.

v. 400.

Τῇσι πάρ, Has apud.

Εἰνάετες, *adv.* per novem annos, per novennium. *pro* ἐννάετες. ab ἐννάετης, έος, novennis. ex ἐννέα, novem: & ἔτος, τὸ, annus.

Χαλκεύω, ærariam artem tracto, æs exerceo & malleo tundo. 2.) *h. l.* ex ære *vel* ferro fabrico. ex χαλκὸς, æs.

v. 401.

Πόρπη, ης, ἡ, fibula.

Γναμπτὸς, ὴ, ὸν, incurvus, flexibilis, tortilis. a γνάμπτω, flecto.

Ἕλιξ, ικος, ἡ, *h. l.* armilla, annulus.

Κάλυξ, υκος, ἡ, flos roſæ nondum apertus. *h. l.* fiſtula: *ornamentum muliebre.* a καλύπτω, tego, operio.

Ὅρμος, ου, ὁ, *h. l.* monile, torques: *colli ornamentum.* Auribus imponi ſolita a mulieribus ἕρματα, *inaures.* *Iliad. XIV.* 182. *ſq.* — Eis ſimiles ἕλικες, *volvulæ*, *Euſtathio ad Odyſſ. I.* 92. *& ad h. l.* ψέλλια, ἐςιν ὅτε καὶ ἐνώτια. *Monilia, aliquando etiam inaures.* Venus *in Hymno*, *v.* 87.

Εἶχε δ' ἐπιγναμπτὰς ἕλικας, κάλυκάς τε φαεινάς.

Habebat autem flexos inaures, & calyces lucidas.

Sic in ornatu mulierum *h. l.* ponit Homerus

Πορπάς τε, γναμπτάς θ' ἕλικας, κάλυκάς τε, καὶ ὅρμους.

Fibulasque, flexibilesque inaures, annulosque, & monilia.

Κάλυκας ait *Euſtathius*, *nonnullis eſſe aureos tubulos, quibus cincinni redimiebantur.* Ita quoque *Heſychio* κάλυξ, χρυσῆ σύριγξ, ἡ τοὺς πλοκάμους συνέχουσα. At ὅρμος *monile* eſt, *collo injectum*, περιτραχήλιος κόσμος. Ut in Veneris ornatu, *Hymno*, *v.* 88. *ſq.*

Ὅρμοι δ' ἀμφ' ἁπαλῇ δειρῇ περικαλλέες ἦσαν,

Καλοὶ, χρύσειοι, παμποίκιλοι. — —

Torques autem circa molle collum perpulchræ erant,

Pulchræ, aureæ, omnivariæ. — —

Similiter inter Penelopes dona, *Odyſſ. XVIII. v.* 924. *ſq.*

Ὅρμον

Ὅρμον δ' Εὐρυμάχῳ πολυδαίδαλον αὐτίκ' ἔνεικε
Χρύσειον, ἠλέκτροισιν ἐερμένον, ἠέλιον ὥς.
Monile autem Eurymacho multa arte laboratum ferebat
Aureum, electris fulgens, ſolis ad inſtar.
Meminit *Pauſanias Bœoticis extr.* ſeu *Lib. IX. C.* 41. & diſtinguit ὅρμους variegatos ab iis, qui erant ſimpliciter facti ex auro, qualis ὅρμος Eriphyles, quem χρύσεον, *aurum* Homerus *Odyſſ. XI.* 326. Ita quoque ὅρμον Helenæ Menelaus dedicavit Delphis, quem παγχρύσεον κόσμον, *ornatum totum aureum* vocat Pythia apud *Athenæum Lib. VI.* FEITH. *L. III. C. VII.* §. *IV.*

v. 402.

Ἐν σπῆϊ γλαφυρῷ, In ſpecu concava.

v. 403.

Μορμύρων] Φοβερῶς ζέων, καὶ οἱονεὶ ἀναζέων. *Schol.* Vid. ad *E.* 599.

v. 407.

Ζωάγριον, ου, τό, præmium pro vita ſervata. *pro* ζώγριον, ου. a ζωγρέω, ῶ, vivum capio, e cæde captum ſervo. *quod* ex ζωός, vivus; & ἀγρέω, capio.

Ζωάγρια (*Schol.* τὰ τῆς ζωῆς χαριστήρια) τίνειν, præmia ſalutis ſolvere.] Qui animo ſunt ingrato adverſus eos, a quibus beneficiis ſunt affecti, non poſſunt ſatis vellicari, tam horrendum eſt illud vitium, & non hominibus, ſed belluis ipſis etiam indignum. Quod ita abominatos credendum eſt veteres Romanos, ut illi ne nomen quidem impoſuerint, & quo nullum poſſis excogitare immanius. Proinde omni genere ſuppliciorum profligandum videtur. Itaque omnes viri graviſſimi id vitandum eſſe, aut præceptis aut exemplis docuerunt. Poſtremum hoc loco Poëta præſtat, ubi Vulcanus paratiſſimum ſe eſſe dicit gratiæ Thetidi referendæ conſervatæ vitæ beneficium: qua ſi nihil charius aut pretioſius habemus, quo tandem munere eos compenſari putas, quibus illam acceptam aut ſervatam refers? Re autem ipſa ſtudium iſtud ſuum *paulo poſt* Vulcanus comprobabit. SPOND.

v. 409.

Ἀποθείομαι, reponam.

'Οπλα *hic* inſtrumenta.

v. 410.

'Ακμόθετον, ου, τὸ, lignum, cui incus imponitur, incudis baſis *vel* ſtipes. ex ἄκμων, ονος, ὁ, incus: & τίθημι, pono.

'Αιητος *vel* ἄητος, ου, ὁ, ἡ, qui vento perflatur, ventis ac flatibus expoſitus: magnus. ab ἄω, flo, ſpiro. *Vel, quaſi* αἰετὸς, aquilæ ſimilis.

Πέλωρ αἴητον, vaſtus ardens: monſtrum ingens. *d'une taille prodigieuſe, tout noir de cendre & de fumée.* DAC.

v. 411.

Χωλεύω, claudus ſum, claudico. a χωλὸς, claudus.

'Υπὸ, ſubtus.

'Ρώοντο, multo molimine ferebantur: valide incedebant.

v. 413.

Λάρναξ, ακος, ἡ, capſa, arca, ciſta, loculus, conditorium.

Τοῖς ἐπονέετο, quibus opus faciebat.

v. 414.

Σπόγγος, ου, ὁ, ſpongia.

Πρόσωπα, καὶ ἄμφω] *Al.* πρόσωπον, ἰδ' ἄμφω. CLARK. Nempe non concoquebant, πρόσωπα de uno dici. ERN.

'Απομόργνυμι, *ſeu* ύω, abſtergo.

v. 417.

'Υπὸ — ῥώοντο ἄνακτι, validis ibant paſſibus ſuſtentantes regem.

v. 418.

Νεῆνις, *Jon.* pro νεᾶνις, ιδος, ἡ, juvencula, puella juvenis, adoleſcentula, a νεὰν, ᾶνος, ὁ, juvenis.

'Εοικυῖαι, pro ἐοικυῖαι. ita δείδεκτο, pro δέδεκτο. *Il. I.* 224.

v. 421.

'Υπαιθα ἄνακτος, a latere regis.

'Εποίπνυον, ſedulo ibant. *Schol.* ἐνήργουν, ἐπορεύοντο. v. ποιπνύω. *A.* 600.

'Ερρων, ægre gradiens. ἔρρω, ægre eo, dolens & afflictus eo.

v. 423.

"Αγχι] *Ut ſolent amici obviam facti.* CLARK.

v. 429.

v. 429.

Ἠ ἄρα δή τις, ὅσαι — an omnino jam ulla, quotquot &c.

v. 430.

Ἀνέχετο, pertulit.

v. 432.

Δάμασσεν, conjugem ſubjecit.

v. 435.

Ἀρημένος, confectus: læſus, damnum paſſus. ab ἀράομαι, precor: imprecor. *quod* ab ἀρὰ, ἡ, preces: imprecatio: noxa, damnum.

Ἄλλα δέ μοι νῦν, alios vero mihi nunc *dolores dedit Jupiter.*

v. 444.

Ἄρα] Ut noſti.

Ἔξελον, electum dederant: ἐξαίρετον ἔδωκαν. *Schol.*

v. 446.

Ὁ τῆς ἀχέων, is hujus gratia mœrens.

Φρένας ἔφθιεν, præcordiis tabeſcebat.

v. 447.

Εἴλεον, actos concluſerunt. v. εἰλέω, ῶ, conglobo, cogo, coarcto, concludo.

v. 449.

Ὀνόμαζον, recenſita pollicebantur.

v. 450.

Ἠνήνατο, abnuit. v. ἀναίνομαι, abnuo, renuo, recuſo, detrecto.

v. 454.

Ἔπραθον, expugnaſſent.

v. 455.

Πολλὰ κακὰ ῥέξαντα, Magnam cladem cum jam fecerat

v. 456.

Ἔκταν, Occidiſſet. Ἔδωκε, dediſſet.

v. 463.

Μετὰ φρεσὶ σῇσι μελόντων, menti tuæ ſolicitudini ſint.

v. 464.

Αἴ, Utinam.

Θανάτοιο δυσηχέος — ἀποκρύψαι, a morte horriſona — abſcondere.

Μόρος αἰνὸς, fatum grave.

v. 466.

v. 466.

᾽Οιά τις ἄυτε κ. τ. λ. qualia quilibet certe &c.

v. 469.

᾽Ες πῦρ ἔτρεψε, recta contra ignem vertit.

v. 470.

Φῦσαι δ᾽ ἐν χοάνοισιν ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων] *Folles non minus viginti omnes ſimul ſpirabant.* Vide ſupra ad *v.* 373. CLARK.

Χόανον, ȣ, τὸ, *vel* χοανος, ȣ, ὁ, fornax fuloria. a χέω, fundo.

Φυσάω, ῶ, ſufflo, inflo, flatu distendo: ſpiro.

v. 471.

᾽Ευπρηστος, ȣ, ὁ, ἡ, facilis accenſu uſtuque. 2) *h. l.* inflatu facilis. ex εὖ & πρήθω, incendo: flo, inflo.

᾽Εξανιεῖσαι, emittentes. v. ἐξανίημι, emitto.

v. 472.

῎Αλλοτε — ἄλλοτε, Nunc — nunc.

Παρέμμεναι, *pro* παρεῖναι, *qualis* inſerviret.

῎Αυτε, contra.

v. 473.

῎Ανοιτο, perfici poſſet.

v. 475.

Τιμῆντα, pretioſum. *pro* τιμήεντα. a τιμήεις, ήεσσα, ῆεν, honoratus, honorabilis, qui in honore & pretio habetur. a τιμὴ, ῆς, honor: pretium.

v. 476.

Γέντο - χειρὶ, ſumſit manu.

v. 477.

῾Ραιστὴρ, ῆρος, ὁ, malleus. a ῥαίω, corrumpo, deſtruo.

Πυράγρα, ας, ἡ, forceps, qua ignita tenemus, aut ex igne eximimus. ex πῦρ & ἄγρα, ας, ἡ, captura.

v. 478.

Ποίει δὲ πρώτιστα σάκος μέγα τε, στιβαρόν τε] „Clypeum „Achillis ante alia ſpecioſe oppugnare Homeromaſtiges ſolent, cum riſu quærentes, quibus ſpatiis tot ac „tanta contineri potuerint. Magnos illo tempore clypeos in uſu fuiſſe, paſſim ex Homero patet. Dat jam „clypeo Achillis quatuor pedes in diametrum: &, quod „ſic exprimi omnia potuerint, ingenioſus pictor ſpeciminis loco in multum minori tabula exhibuit.„ *Acta*

Lipſ.

Digitized by Google

Lipſ. 1716. *p.* 185. CLARK. Ubi ex Boivinii Apologia hujus clypei, etiam ſpecies ejus æri inciſa exhibetur. quam probat Cl. Riccius Diſſ. Hom. T. I. p. 216. Eadem pictura lineari expreſſa eſt in Homero Popiano. Nec pigeat comparare Cl. Robinſoni dicta de Heſiodi Scuto. ERN. add. Samml. verm. Schr. zur Beförd. der ſch. Wiſſenſch. rc. *Tom. III. p.* 101. *ſqq.* & *p.* 134. *ſqq.* Hrn. Breitingers Critiſche Dichtkunſt, *Tom. I. p.* 304.

v. 479.

Δαιδάλλω, artificioſe facio: artificio vario exorno.

Περὶ — βάλλε, circumdedit.

v. 480.

Τρίπλαξ, ακος, triplex, velut ex tribus cruſtis aut tabulis conſtans.

v. 479. 480.

Clypeo adnexum erat *lorum*, quod τελαμῶνα *Homerus* appellat, quale argenteum in clypeo Achillis laudat:

— — περὶ δ' ἄντυγα βάλλε φαεινὴν,

Τρίπλακα, μαρμαρέην, ἐκ δ' ἀργύρεον τελαμῶνα.

— — *orbe etiam (clypeum) circumdedit fulgido,*

Triplicem, candentem, & ab eo nexit argenteum lorum.

Hoc ſuſpenſum erat ex humeris ſcutum. *Il. XVI* 802. Ex ſiniſtra vero parte propendebat, ut dextra hoſtem libere aggrederentur. *Iliad. XVI.* 106. FEITH. *L. IV. C. VIII. §. VI.*

v. 481.

Πέντε — σάκεος πτύχες] Quinque *plicæ* ſunt totidem vel coria, vel laminæ, quibus inducitur ſcutum; unde *quintuplex* illud ſcutum diceretur. ERN.

v. 483.

Ἐν, in eo.

v. 484.

Σελήνην - πλήθουσαν, lunam - plenam.

v. 485.

Τείρεα, ων, τὰ, ſidera, aſtra. a τείρω: *per Antiphraſin, quia curſu non fatigantur.*

v. 486.

Πληϊάδες, Pleiades: *ſeptem ſtellæ inter os Tauri & caudam Arietis, primum navigationis tempus oſtendentes.* a πλέω, navigo.

Ὑάδες,

Ὑάδες, Hyades : *ſtellæ quædam in capite Tauri, quæ quoties oriuntur vel occidunt, pluvias concitant* ab ὕω, pluo. De Plejadibus & Hyadibus vide BANIERS Götterlehre, *Tom III. p.* 110. *ſqq.*

Το τε σθένος Ὠρίωνος] Dicitur eodem modo, quo ſæpe βίη Ἡρακλείη, quod ſupra monitum eſt περιφραστικῶς dici pro ipſo Hercule. ERN.

Ὠρίων, ωνος, ὁ, Orion : *auditor Atlantis in doctrina de cœleſtibus motibus & ſtellis ; Poëtis venator & ſatelles Dianæ inter ſidera relatus, ubi ſtellis fulget* 56. *& accinctus gladio pingitur ; qua de re* armatus auro *dicitur.*

v. 487.

Ἄρκτος, ου, ὁ, ἡ, urſus, urſa. *h. l.* ſignum cœleſte, *quod etiam ob ſimilitudinem* ἄμαξα, plauſtrum, *vocatur.*

v. 488.

Αὐτοῦ, ibidem.

v. 489.

Ἄμμορος, *h. l.* expers. Vid. ad *Z.* 408.

Οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο.] ἀντὶ τοῦ, μόνη οὐ δύνει εἰς τὸν Ὠκεανόν. *Schol.*

v. 490.

Ἐν, in *eo.*

v. 492.

Δαΐς, ίδος, ἡ, *h. l.* tæda. a δαίω, uro, incendo.

Ὑπολάμπω, ſubluceo : aliquantum luceo.

v. 493.

Ἠγινέω, ῶ, duco, ago. ab ἄγω, *idem.*

Præferebantur olim de more *lampades ac faces*, cum duceretur ſponſa.

Νύμφας δ' ἐκ θαλάμων, δαΐδων ὑπολαμπομενάων,
Ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ· — — — — —
Sponſas autem ex thalamis, tædis adlucentibus,
Ducebant per urbem : — — — —

Sic *Heſiodus, Scut. Herc. v.* 257. *ſq.*

Τῆλε δ' ἀπ' αἰθομένων δαΐδων σέλας εἰλύφαζε
Χερσὶν ἐνὶ δμώων. — — — —
Et procul ab ardentibus facibus fulgur reſplendebat
In manibus famulorum. — — — —

Apud *Euripidem, Phœniſſ. v.* 376. *ſq.* quoque mater queritur, ſe filio non accendiſſe facem nuptialem,

Ἐγὼ

Ἐγὼ δ' οὔτε σοι πυρὸς ἀνῆψα φῶς,
Νόμιμον ἐν γάμοις, ὡς πρέπει μητρὶ μακαρίᾳ.
Ego ne ignis quidem accendi faces,
In nuptiis ſolennes, ut matrem beatam decet.
Similiter Agave apud *Nonnum*, *Dionyſ. Lib. XLVI. v.* 304.
Οὔπω σοῖς θαλάμοισιν ἀνέφλεξα νυμφοκόμον πῦρ.
Nondum tuis thalamis elevavi ignem ſponſos ornantem.
FEITH. *L. II. C. XIV. §. III.*

Ὑμέναιος, ου, ὁ, Hymenæus: *nuptiarum Præſes.* 2) nuptiale carmen. 3.) nuptiæ. ab ὑμὴν, ένος, ὁ, membrana, pellicula.

Cantus etiam accedebat ὑμέναιος, *hymenæus*, dictus; ſicuti *locis citatis* ab *Homero* & *Heſiodo* ſubjungitur.
— — πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει.
— — *multusque hymenæus excitabatur.*
Sic Agave, apud *Nonnum*, *Dionyſ. Lib. cit. v.* 305.
Οὐ ζυγίων ἤκουσα τεῶν ὑμέναιον ἐρώτων.
Non audivi jugalium tuorum hymenæum amorum.
Pollux: Τὸ δὲ ᾆσμα τὸ γαμήλιον, ὑμὴν, καὶ ὑμέναιος· *Carmen vero nuptiale vocatur hymen & hymenæus.* Quæ vox cum ipſa re ad Romanos tranſiit, ut pleraque alia ſolennia nuptiarum. *Terentius*, *Adelphis*, *Act. V. Scen. VII. v.* 9.
Hymenæum, turbas, lampadas, tibicinas.
Puellæ vero ſociæ potiſſimum cantitabant, ut notat *Pindarus*, *Ode III. Pyth.* ἐπῳδ. α. *v.* 2. *ſqq.* Cujus rei luculentum exemplum in *Helenæ epithalamio* apud *Theocritum*, ſeu *Idyll. XVIII. v.* 7. *ſq.* FEITH. *L. II. C. XIV. §. IV.* add. POTT. *Tom. II. p.* 235. BANJERS Götterlehre ꝛc. *Tom. III. p.* 169. *ſqq.*

v. 494.

Ὀρχηστὴρ, ῆρος, ὁ, ſaltator. ab ὀρχέομαι, ſalto.

Δινέω, ῶ, inſtar vorticis circumago, gyro verſo. 2.) verſor, moveo me, voluto me. a δίνη, ης, ἡ, vortex.

Ἄρα] *Ut fieri ſolet.*

Saltatio quoque Muſicis conſonantibus organis in nuptiis uſitata.
Κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
Αὐλοὶ, φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον. — —
Adoleſcentes autem ſaltatores in orbem agebant ſe, interque eos
Tibiæ, citharæque ſonum edebant. — —

Sic in nuptiis Megapenthis, *Odyſſ. IV.* 18. *ſq.*

— — δοιὼ δὲ κυβιστητῆρε κατ' αὐτοὺς

Μολπῆς ἐξάρχοντες ἐδίνευον κατὰ μέσσον.

— — *duoque ſaltatores inter eos*

Cantum auſpicantes ſaltabant in medio.

Ulyſſes etiam cum ſimulare in ædibus nuptias vellet, cantorem accerſi juſſit, qui deſiderium curet

Μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.

Cantus dulcis & inculpatæ ſaltationis.

Odyſſ. XXIII. *v.* 145. Atque ita etiam apud *Heſiodum, Scut. Herc. v.* 278. & 280. in nuptiarum deſcriptione:

Τοὶ μὲν ὑπαὶ λιγυρῶν συρίγγων ἵεσαν αὐδήν,

Αἱ δ' ὑπὸ φορμίγγων ἄναγον χορὸν ἱμερόεντα.

Atqui hi quidem canoris tibiis emittebant cantum,

Illæ autem ad modulationem ducebant chorum amabilem.

FEITH. *L. II. C. XIV.* §. *V.*

v. 499.

Ἀνδρὸς ἀποφθιμένου, Propter virum interfectum.

Εὔχετο, affirmabat.

Ἀποδοῦναι, reddidiſſe.

v. 500.

Πιφαύσκω, declaro. Vid. ad *K.* 202.

Ἀναίνετο, μηδὲν ἑλέσθαι, negabat, quicquam accepiſſe.

v. 501.

Ἱέσθην, cupiebant.

Ἴστωρ, ορος, ὁ, ἡ, ſciens, peritus. 2.) *h. l.* teſtis, judex, arbiter.

Ἐπὶ ἴστορι, apud arbitrum: teſtibus datis.

Πεῖραρ *idem cum* πέρας, τὸ, finis, terminus.

Πεῖραρ ἑλέσθαι, litem ad exitum perducere.

v. 502.

Λαοὶ, Cives.

Ἐπεπύω, *vel* ἐπηπύω, acclamo.

Ἀμφὶς, hinc inde.

Ἀρωγὸς, fautor: defenſor.

v. 503.

Ἀρα] *Ut par erat.*

Ἐρήτυον, ſedabant.

v. 504.

v. 504.

Quævis *controverſiæ diſceptabantur* olim ſolenni ritu *in foro; judicibus* in hanc rem *conſidentibus*, qui ſuum cuique jus redderent. Sic *Odyſſ. XII. v.* 439.

— — ἦμος δ' ἐπὶ δόρπον ἀνὴρ ἀγορῆθεν ἀνέστη,
Κρίνων νείκεα πολλὰ δικαζομένων αἰζηῶν.

— — *quando autem ad cœnam vir e foro ſurgit,*
Judicans lites multas litigantium juvenum.

Et *Iliad. XVI. v.* 387. Judices

— — ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
— — *in foro perverſa edunt judicia.*

Eaque de cauſa eodem apud naves loco dicuntur Achivis fuiſſe ἀγορή τε θέμις τε, *forum & judicium. Il. XI.* 806. Locus vero τοῦ δικαστηρίου, *judicii*, peculiariter *h. l.* indicatur *circulo* fuiſſe *comprehenſus*, ubi ἱερὸς κύκλος, *ſacer circulus*, dicitur, nempe διὰ τὸ πολυχώρητον τοῦ τοιούτου σχήματος, *propter ſpatioſam hujus formæ capacitatem*, ait *Euſtathius.* Unde & *Sophocles*

Κυκλόεντα θρόνον ἀγορᾶς,
Orbicularem judicii conſeſſum,

dicit. Ibi *in ſedibus lapideis*, θρόνοις λιθίνοις, collocantur judices, quos γέροντας *Poeta* vocat, *Senes*: ἢ τῷ χρόνῳ, οἱ συνέσει καὶ πολυπειρίᾳ πραγμάτων προέχουσιν, ἢ καὶ ἁπλῶς ἄλλως ἔντιμοι, κἂν μὴ τῇ ἡλικίᾳ γέροντες εἶεν· *vel temporis ratione, qui rerum intelligentia & experientia excellunt, vel ſimpliciter viri inſignes, etiamſi ætate ſenes haud ſint.* FEITH. *L. II. C. VII. §. I.*

v. 505.

Σκῆπτρα δὲ κηρύκων ἐν] Voici une coutume ancienne qui me paroît bien remarquable. Les Juges n'avoient pas leur ſceptre à la main pendant qu'ils étoient aſſis pour écouter les parties, mais ils le prennoient de la main des herauts quand ils alloient aux opinions. Apparemment c'étoit pour rendre les Juges plus attentifs quand ils alloient donner leur avis. DAC.

Ἠερόφωνος, ου, ὁ, ἡ, elatam *ſeu* altam vocem habens, voce aërem replens, valde clamans. ex ἀήρ, & φωνή, vox.

v. 506.

Τοῖσιν, Cum his, *vel*, his ſumtis.

Ἥϊσσον, exurgebant.

Ἀμοιβηδὶς, *adv.* viciſſim, per vices, alternatim. ab ἀμοιβὴ, ῆς, mutatio : viciſſitudo. *quod* ex ἀμείβω, muto : alterno.

Ἐδίκαζον, ſententias ferebant. v. δικάζω, jus dico, judico.

v. 507.

Δύο χρυσοῖο τάλαντα, Τῷ δόμεν,] Ces talens ne ſont pas deſtinez aux Juges qui auront bien jugé, mais à celle des deux parties qui gagnera ſon procès : car c'étoit la coutume ancienne, avant que de plaider on étoit obligé de conſigner une certaine ſomme qui étoit pour celui qui gagnoit. Il paroît par un paſſage de *l'apologie de Socrate* dans *Platon*, que cette ſomme étoit de mille drachmes, c'eſt-à-dire, de cent écus. Et c'eſt apparemment ce qu'Homere appelle ici deux talens d'or, car il ne faut pas l'entendre de veritables talens. DAC.

Δίκην ἰθύντατα εἴπῃ, ſententiam rectiſſime diceret.

v. 509.

Ἀμφὶ - εἵατο, obſidebant.

v. 513.

Λόχῳ - ὑπεθωρήσσοντο, ad inſidias - clam armabantur.

v. 515.

Ῥύατ', cuſtodiebant.

Ἐφεσταότες, ſupra ſtantes.

Μετὰ, inter.

Οὓς ἔχε γῆρας, quos tenebat ſenectus.

v. 517.

Εἵματα ἕσθην, veſtes induti erant.

v. 518. 519.

Forſan *proceritas corporis* in *Principibus* gentilibus idcirco mirifice placuit, quod eandem ſtaturam Diis & Deabus vindicari viderent. *Callimachus* de *Cerere*, v. 58.

Ἴθματα μεν χερσῳ κεφαλα δε οι αψατ' ολυμπω.

Veſtigia quidem ejus terram, caput vero ejus tangebat cœlum.

Ovidius de *Diana*, Metam. III. 181.

Ipſa Dea eſt, colloque tenus ſupereminet omnes.

Homerus h. l. de *Marte* & *Pallade*:

Pulchri & magni cum armis, ſicut Dii ſcilicet,

Αμφις αριζηλω, λαοι δ' υπολιζονες ησαν.

Utrinque conſpicui, populi autem humiliores erant.

Dii

Dii Dioſcuri, *Caſtor & Pollux*, *ingentes* Dii vocantur a *Perſio*, Sat. VI. v. 29. quia videlicet erant *proceræ ſtaturæ*. Inde *Juvenes gemini* AUGUSTIORE FORMA *Suetonio* dicuntur. Neron. cap. I. Et in *Luciani* Dial. Deor. cum Apollo omnes Deos occupatos eſſe ad parandum nectar narraſſet, a Mercurio rogatur de Dioſcuris otioſis, πόθεν δὲ ποιητέον ἡμῖν ΤΗΛΙΚΟΥΤΟΙ ὄντες; *quid illis vero noſtrum cauſa rerum erit, cum tam* GRANDES *ſint?* Hinc *Apollodorus* dixiſſe videtur, quod Διόσκουροι dicti ſint διὰ τὴν ἀνδρείαν, *propter fortitudinem, quia proceri homines ut plurimum fortiſſimi ſunt.* Lib. III. Bibl. Ita *Celeb.* CHRIST. LUD. SCHLICHTER. *in ſuis Decim. S. Obſ. XLVII.* p. 445. *ſqq.*

v. 519.

Ἀμφὶς ἀριζήλω, Utrinque perinſignes.

Ὑπολίζων, ονος, ὁ, ἡ, paulo minor, humilior. ex ὑπὸ & ὀλίζων, ονος, parvus. *quod* ab ὀλίγος.

v. 520.

Εἶκε, videbatur: decebat, conveniebat, commodum erat.

Λοχάω, ῶ, inſidior, inſidias pono.

v. 521.

Ἀρδμὸς, ȣ, ὁ, irrigatio. 2.) potatio, aquatio, adaquatio. ab ἄρδω, rigo, irrigo. 3.) potum præbeo, adaquo.

Βοτὸν, ȣ, τὸ, pecus, armentum, pecudes quæ paſcuntur. a βόσκω, paſco.

v. 522.

Εἰλυμένοι, tecti: περιβεβλημένοι, κεκαλυμμένοι. *Schol.*

v. 524.

Δέγμενοι, obſervantes.

Ἰδοίατο, viderent. 3. plur. aor. 2. opt. Med. *Jon.* pro ἴδοιντο, v. εἴδω, video.

v. 525.

Προγίνοντο, progrediebantur.

v. 526.

Τερπόμενοι σύριγξι, oblectantes ſe fiſtulis.

Δόλον δ' ὅ τι προνόησαν, inſidias enim neutiquam præſenſerant.

v. 528.

Τάμνονϊ᾽ ἀμφὶ, Prædantes abducebant : cædebant undique.

v. 529.

Κτεῖνον, interficiebant.

Ἐπὶ *hic* inſuper.

Μηλοβοτὴρ, ῆρος, ὁ, ovium paſtor, opilio. ex μῆλον, ου, τὸ, ovis, & βόσκω, paſco.

v. 530.

Οὖν] Non hic vacat iſtud οὖν, ſed vim habet in connectenda ſententia cum eo, quod præceſſit, *v.* 527. Οἱ μὲν τὰ προϊδόντες ἐπέδραμον, Ii quidem his proſpectis incurrerunt, &c. CLARK.

v. 531.

Ἱράων προπάροιθε καθήμενοι, *ſcil.* ἐκκλησιῶν. *Euſtathius* ita ad *h. l.* εἰλήπται μὲν ἀντὶ τῶ ἐκκλησιῶν, quam vocem expreſſam addit *Heſychius* : ἱράων ἐκκλησιάων. in v. ἱράων. BOS *Ell. Gr. p.* 111. Πρὸ τῶν ἀγορῶν, ὅ ἐςιν ἐκκλησιῶν· ἀπὸ τῶ εἴρειν ἐν αὐλαῖς καὶ λέγειν. ὅθεν ὁ Ἶρος. *Schol.* Variant Libri in ſpiritu, aliis lenem, aliis aſperum exhibentibus. Si eſt ab εἴρειν, ut Heſychius habet, aut ἱρεῖν pro λέγειν, quod & ipſum eſt apud Heſych. ſpiritus lenis præferendus eſt. ERN. *Les ennemis, qui ſont devant la place, &c.*

v. 532.

Μεῖεκίαθον, inſecuti ſunt.

v. 533.

Στησάμενοι, Conſiſtentes.

v. 535.

Ἐν, inter eos.

v. 536.

Ἄυτος, ου, ὁ, ἡ, illæſus. ex α pr. & οὐτάω, vulnero.

v. 537.

Κατὰ μόθον, per prælium.

v. 538.

Εἷμα — δαφοίνεον, veſtem admodum cruentatam.

Δαφοίνεος, ου, ὁ, ἡ, valde funeſtus, cruentus. ex δα *intenſ.* & φόνος, cædes.

v. 539.

v. 539.

'Ωμίλεον, Verſabantur.

v. 541.

Ἐν δ' ἐτίθει νειὸν μαλακὴν, Poſuit in *eo* & novale molle. *Ce Dieu y repreſente un vaſte champ,*] Après qu'Homere a peint ce qui ſe paſſe dans les villes pendant la paix & pendant la guerre, il vient à l'agriculture qui conſiſte dans le labourage, dans la culture des vignes, & dans le pâturage & la nourriture des troupeaux. Le Poëte va parcourir ces trois parties, dont il fait des tableaux delicieux. DAC.

v. 542.

Τρίπολος, ου, ὁ, ἡ, ter verſus aratro, *vel* ter aratus. ex τρὶς & πολέω, verto, verſo; *aliquando* aro.

Ἀροτὴρ, ῆρος, ὁ, arator. ab ἀρόω, ῶ, aro.

v. 543.

Ζεῦγος, εος, τὸ, jugum, & boves, qui ſunt ſub jugo. a ζευγνύω, *vel* υμι, jungo.

Ἐλαστρέω, ῶ, agito, impello. ab ἐλαστὴς, οῦ, ὁ, impulſor, agitator. *quod* ab ἐλαύνω, agito, impello.

v. 544.

Στρέψαντες ἱκοίατο — reverſi pervenirent ad —

v. 546.

Δόσκεν, Dabat.

Ἐπιὼν, obiens.

Στρέψασκον (*pro* ἔστρεψαν) ἀν' ὄγμους, convertebant ſe ad ſuos quisque ſulcos.

v. 548.

Ἡ, ipſum *novale.*

Ἀρηρομένη, verſo aratris.

v. 549.

Τὸ δὴ περὶ θαῦμ' ἐτέτυκτο, hoc ſane ingens miraculum effictum erat.

v. 550.

Τέμενος βαθυλήϊον, ſeparatum agrum profundæ ſegetis.

Βαθυλήϊος, ου, ὁ, ἡ, ferax, fertilis. ex βαθὺς & λήϊον, ſeges, fruges.

Ἔριθος, ου, ὁ, ἡ, lanificus, qui lanificium exercet, ἐριουργός. ex ἔριον, ου, τὸ, lana. *aliquando* agricola, γεωργός:

γὸς: *παρὰ τὸ ἔραν ἐργάζεσθαι, quod terram colat.* ἔριθοι *hic* meſſores. *nam uſurpatur* καταχρηστικῶς *pro quocunque quæſtum manibus faciente. Hymn. in Merc.* 296. Ἔριθον τλήμονα, miſerum Erithum: *quod quidam reddunt* famŭlum.

v. 551.

Ἤμων, Metebant. v. ἀμάω, ῶ, meto; demeto.

Δρεπάνη, ης, ἡ, falx. a δρέπω, decerpo.

v. 552.

Μετ' ὄγμον, recta ſerie.

v. 553.

Ἀμαλλοδετὴρ, ῆρος, ὁ, manipulorum ligator. ex ἄμαλλα, ης, ἡ, manipulus, faſciculus manipulorum: & δέω, ligo.

Ἐλλεδανὸς, ȣ̃, ὁ, vinculum, reſtis. ab ἴλλω, ſtringo.

Δέοντο, conſtringebant.

v. 554.

Ἐφέστασαν, ſequentes inſtabant: adſtabant.

v. 555.

Δραγμεύω, manipulos colligo. a δράγμα, τος, τὸ, manipulus.

Ἀγκαλὶς, ίδος, ἡ, ulna. ab ἀγκαλίζω, in ulnis geſto, ulnis amplector.

v. 557.

Agri culturæ Reges ipſi quondam ſtudioſe *erant intenti.* Sic enim *h. l.* Τέμενος βαθυλήϊον, *ager profundæ ſegetis*, quod famulis metentibus, Rex ipſe intererat, &

Σκῆπτρον ἔχων ἑστήκει ἐπ' ὄγμȣ γηθόσυνος κῆρ,

Sceptrum tenens ſtabat ſuper manipulorum ſerie lætus corde.

De hoc etiam accipiendum, quod *Odyſſ. XXIV. v.* 226. Laërtem Regem *Poëta* dicit λιστρεύοντα φυτὸν, *purgantem plantam.* Et quod toties Telemachus ruri eſſe dicitur apud oves ac boves aliaque, quæ ibi poſſidebat; quippe qui τεμένη νέμεται, *lucos colit. Odyſſ. XI.* 184. Eodem egreditur Augias Rex apud *Theocritum*, *Idyll. XXV. v.* 57.

Κτῆσιν ἐποψόμενος, ἥ οἱ νήριθμος ἐπ' ἀγρῶν·

Inſpecturus opes, quæ illi innumerabiles ruri ſunt.

Erat hoc Regum veluti patrimonium *non procul ab urbe ſitum*, ut liquet de illo Alcinoi, *Odyſſ. VII. v.* 112. *ſqq.* FEITH. *L. II. C. III. §. II.*

v. 558.

v. 558.

Δαῖτα πένοντο, convivium apparabant.

v. 559.

Ἱερεύω *hic* macto.

Ἄμφεπον, hinc inde curabant.

v. 561.

Σταφυλή, ῆς, ἡ, uva.

Σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν, uvis valde gravatam vineam, uvis admodum oneratam vineam.

v. 562.

Ἀνά, per *eam.*

Βότρυς, υος, ὁ, botrus, uva: racemus.

v. 563.

Κάμαξ, ακος, ἡ, vitis pedamentum, palus: παρὰ τὸ κάμνειν τῷ βάρει, *quod gravetur & deficiat ſub pondere.*

Διαμπερές, *innixa* ex ordine. *E.* 112.

v. 564.

Ἔλασσε, duxit.

v. 565.

Ἀταρπιτός, ῦ, ἡ, *idem quod* ἀταρπός, ſemita, via. *P.* 743.

v. 566.

Τῇ νίσσοντο, Qua ibant.

Φορῆες] οἱ τὸν καρπὸν τῶν σταφυλῶν παραφέροντες. *Schol.*

Φορεύς, έως, ὁ, portator, bajulus. a φέρω.

Τρυγόωσιν, vindemiarent. *Poët.* pro τρυγάοιεν. v. τρυγάω, ῶ, fruges colligo. 2.) *h. l.* uvas carpo, vindemio. a τρύγη, ης, ἡ, cereales fruges: vindemia.

v. 567.

Παρθενικαὶ δὲ καὶ ἠΐθεοι, ἀταλὰ φρονέοντες,

Puellæ & adoleſcentes, puerilia ſapientes.

Vide ad *B. v.* 137.

Παρθενική, ῆς, ἡ, virgo: virguncula.

Ἀταλός, ἡ, όν, tener, puerilis, juvenilis.

v. 568.

Πλεκτός, ή, όν, plexus, nexus, nexilis. 2.) textilis, nectilis. a πλέκω, necto.

Τάλαρος, ου, ὁ, vas, quo ad lanificia utuntur. *item* ad cibaria, & alia hujusmodi gerenda: qualus, quaſillus. a ταλάω, ſuffero.

v. 570.

Ἱμερόεν κιθάριζε, Suaviter perſonabat. ἱμερόεις, Γ. 397.

Λίνον, ου, chorda citharæ, quæ ex lino fieri ſolet.

Λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε, chordaque eleganter ſuccinebat] Ὅμηρος ἄτε ᾄσματα Ἑλλήνιον ὂν ἐπιστάμενος τοῦ Λίνου τὰ παθήματα, ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως ἔφη τῇ ἀσπίδι ἄλλα τε ἐργάσασθαι τὸν Ἥφαιστον καὶ κιθαρῳδὸν παῖδα ᾄδοντα ἐς Λίνον·

Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι παῖς φόρμιγγι λιγείῃ
Ἱμερόεν κιθάριζε· Λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε.

i. e. *Homerus — ejus cantilenæ tanquam Græcæ mentionem fecit. cum enim Lini caſus cognitos haberet, in Achillis ſcuto Vulcanum inter alia cælaſſe commentus eſt puerum fidibus canentem Linum:*

Quos inter medios juvenis teſtudine dulci,
Suave Linum arguto cecinit modulamine pulchrum.

Pauſanias, *Lib. IX. Cap.* 29. Sed quomodo in ſcuto depingi potuit, *quem* caneret Cithariſta ? CLARK. Eandem interpretationem commemorant Pſeudodidymus & Euſtathius, qui etiam ab Ariſtarcho de genere carminis acceptam vocem tradit, cujus mentio etiam apud Herodotum. Simpliciſſimum eſt accipere de chorda : ſed ut de carmine accipiatur, ſuadet verbum ὑπαείδειν, quod indicat hic cantum diverſum a priori (κιθάριζε). Eſt enim ἀείδειν μέλα, Callim. in Del. 304. & λεπταλέα φωνὴ, quæ magis puero, quam chordis convenit. ERN.

RICC. *Diſſ. Hom. Tom. II. p.* 34. Plane conſtat, *utraque* eſſe apud Homerum *inſtrumenta Muſica*, videlicet tum φωνητικὰ, *quæ inflantur*, ut αὐλὸς, σύριγξ, *tibia*, *fiſtula*, tum ἐντατικὰ, *quæ chordis extenduntur*, ut κιθάρα, φόρμιγξ, λύρα, *cithara*, *teſtudo*, *lyra*, quæ omnia unum idemque eſſe tradit *Pollux*, & ipſemet *Homerus* aperte docet. Etenim *h. l.* dixit φόρμιγγι κιθαρίζειν, & in *Hymno Mercurii* λύρῃ κιθαρίζειν, i. e. *teſtudine*, *lyra citharizare*, ſi hoc verbo uti liceat. Quapropter ſcribit *Euſtathius*, omnem citharam vocatam eſſe chelyn. Septem vero chordis intendebatur, quæ plerumque erant ex inteſtinis ovium; unde *Homerus* chordam vocat ἐϋστρεφὲς ἔντερον οἰὸς, *ſcite attortum ovis inteſtinum.* Sed ex lino etiam conſtitiſſe cenſet *vetus Scholiaſtes* ad *h. l.* ubi dicitur, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδε,

h. e.

h. e. *ac linum ſub pectine dulce canebat.* Vid. etiam *de Muſica & Inſtrumentis Muſicis Veterum* FABRICII *Bibliogr. Antiq. Cap. XII. §. XV. XVI. XVII.*

v. 571.

Λεπταλέος, έα, έον. tenuis, ſubtilis, tenellus. a λεπτὸς, ὴ, ὸν, *idem.*

Ῥήσσω *hic* vehementer ferio, pulſo.

Τοὶ δὲ ῥήσσοντες ὁμαρτῆ (*E.* 656.) hi autem ferientes *terram* ſimul] Hunc locum & formam ῥήσσοντες ὁμαρτῆ imitati ſunt Poëtæ certatim, ut Apollon. Rhod. l. 539. Callim. H. in Dian. 241. in Del. 306. Mox ἰυγμῷ melius *ſtrepitu*, quam *ſibilo.* ERN.

v. 572.

Ἰυγμὸς, ȣ̃, ὁ, clamor acutus, ſtridor. ab ἰύζω, acutum clamo, ſtrideo, cano.

Σκαίρω, ſalto, tripudio.

v. 574.

Χρυσοῖο τετεύχατο, κασσιτέρȣ τε, ex auro effictæ erant, ſtannoque.

v. 575.

Μυκηθμὸς, ȣ̃, ὁ, mugitus, boatus. a μυκάω, mugio.

Κόπρος, ȣ, ſtercus, fimus. *h. l.* ſtabulum boum.

Ἐπεσσεύοντο νομόνδε, ruebant ad paſcua.

v. 576.

Κελάδων, reſonans. *pro* κελαδῶν, v. κελαδέω, ῶ, ſtrepo.

Ῥοδανὸς, ὴ, ὸν, valde rapidus. a ῥέω. *hinc* Rhodanus *fluvius in Gallia, propter rapiditatem & velocitatem motus.*

Δονακεὺς, έως, ὁ, ἡ, arundinoſus, canneus. a δόναξ, ακος, ὁ, arundo, canna.

v. 579.

Ἐν *hic* inter.

v. 580.

Ἐρύγμηλος, ȣ, ὁ, ἡ, graviter boans, graves gemitus edens. 2.) eructans cibos: ἐρευγόμενος τὴν τροφήν. ab ἐρεύγω, ructo, ructum edo. ἐρεύγεσθαι φωνὴν, emittere vocem.

Ἐχέτην, tenebant. 3. dual. imperf. ind. Act. *Jon.* pro εἰχέτην.

Μακρὰ μεμυκὼς, alte mugiens.

v. 582.

v. 582.

Ἀνaῤῥήξαντε — βοείην, diſcerpta — pelle.

v. 584.

Ἐνδίεσαν, Variæ ſunt hujus verbi derivationes: quidam eſſe imperf. alii aor. 2. affirmant. quidam ex ἐν, διὰ, & ἵημι compoſitum eſſe volunt, ut ſit, *dimiſerunt canes in illos leones raptores*, & ita aor. 2. a v. ἐνδιίημι, ut προΐεσαν, a προΐημι.. Alii compoſitum ex ἐν & δίημι, & ſignificare *immorabantur*, *terebant tempus.* (ut ſit idem cum ἐνδιάω, atque ab eo derivatum ſine reduplicat.) ut ſit, *tempus terebant canes incitantes.* Alii docent, ſignificare idem quod διώκω, ut ſit, *inſecuti ſunt*, & a δίω derivant. & ita ſecundum *Euſtath.* imperf. ſecundum *Heſych.* aor. 2.

v. 585.

Ἀπετρωπῶντο λεόντων, recuſabant averſi a leonibus: non audebant, averſi fuerant in fugam. ἀποτρωπάω, *Poët.* pro ἀποτροπάω, averto. ex ἀπὸ & τροπάω, verto. *quod* a τρέπω.

v. 586.

Ὑλακτέω, ῶ, latro, allatro, latratu proſequor. ab ὑλάω, *idem.*

Ἐκ τ' ἀλέοντο, & evitabant.

v. 589.

Κλισίας, tuguria: νῦν, τὰς τῶν ποιμνίων καὶ ποιμένων καταγωγάς. *Schol.*

Κατηρεφὴς, έος, ὁ, ἡ, tectus, coopertus. *idem quod* ὑπηρεφής. *Il. M.* 54. ex κατὰ & ἐρέφω, tego, contego.

Σηκὸς, ῦ, ὁ, *propr.* ſeptum: ſtabulum; ovile.

v. 590.

Ἐν δὲ χορὸν ποίκιλλε — in *eo* & chorum vario effinxit artificio] Il auroit manqué quelque choſe à ce tableau de la vie civile, ſi Homere, après avoir parlé de la paix, de la guerre & de l'agriculture, n'avoit terminé cette derniere partie par la deſcription d'une danſe ou d'une fête qui eſt le delaſſement ordinaire de ceux qui ont travaillé. Voilà pourquoi Homere décrit ici une danſe. DAC.

Ποικίλλω, variego, vario: vario artificio effingo. a ποικίλος, varius.

v. 592.

Δαίδαλος ἤσκησεν, Dædalus concinnavit *vel* elaboravit] *Duo* proponit *ſaltandi genera*: unum *Pyrrhichium* & ὁπλητικὸν, alterum

alterum ἴλεον, quod utrumque ad illius choreæ modum factum eſſe dicit, quem Dædalus Ariadnæ monſtravit, & quem ipſa Ariadna Theſeo etiam manifeſtavit, ut ſe cum juvenibus illis Athenienſium labyrintho eriperet: unde conſtat, flexuoſam varie fuiſſe hanc impoſitam ſcuto choream a Vulcano in illus labyrinthi modum. *Pauſanias* in *Arcadicis* dicit, Homerum chorum in Achillis clypeo a Vulcano fabricatum idcirco cum Ariadnæ choro, quem fecerat Dædalus, comparaſſe, quia nullum ſolertioris artificii opus viderat. Hiſtoria autem illa ſeu fabula de Theſeo ſcripta eſt apud *Plutarchum* in *illius Vita*, & apud *Didymum hoc loco*, & *Euſtathium*. Pleni ſunt ea de re Poëtarum libri. SPOND.

v. 593.

Ἀλφεσίβοιαι, αἱ, quæ boves inveniunt. Virgines ſic dicuntur, quæ propter formam ſponſos inveniunt, a quibus munera accipiunt, boves potiſſimum. ex ἀλφέω, invenio, & βοῦς, bos.

Donatio, quam ſponſæ quondam a ſponſis accepere, poſt *muliebria ornamenta*, conſtabat potiſſimum *ex pecoribus*, præcipue *bobus*; unde puellæ *h. l.* ἀλφεσίβοιαι, *bobus donatæ*, i. e. *formoſæ* dictæ. Exemplum luculentum in Iphidamante, *Iliad. XI. v.* 244. qui ſponſæ Theano

Πρῶθ' ἑκατὸν βοῦς δῶκεν, ἔπειτα δὲ χίλι' ὑπέστη
Αἶγας ὁμοῦ καὶ ὄϊς τά οἱ ἄσπετα ποιμαίνοντο.
Primum centum boves dedit, deinde & mille promiſit
Capras ſimul & oves, quæ ei multæ admodum paſcebantur.

Similiter apud *Theocritum*, *Idyll. XXVII. v.* 32. *ſq.* puella a Daphni petente nuptias poſtulat:

Καὶ τί μοι ἕδνον ἄγεις γάμου ἄξιον, ἢν ἐπινεύσω;
Sed quam mihi dotem affers nuptiis dignam, ſi annuero?

Is vero reſpondet:

Πᾶσαν τὰν ἀγέλαν, πάντ' ἄλσεα καὶ νόμον ἑξεῖς.
Univerſum gregem, omnia nemora & paſcua habebis.

FEITH. *L. II. C. XI. §. III.* Conf. etiam *Cel.* GISB. CUPERI *Obſervat. Lib. I. Cap. XX. p.* 142.

v. 594.

Ὠρχεῦντ', Tripudiabant.

v. 595.

v. 595.

Λεπτὸς, ἡ, ὸν, tenuis, ſubtilis.

'Οθόνας] διαφανεῖς ἐσθῆτας, λαμπράς. *Schol.*

v. 596.

Εἵατο, Induti erant. v. ἕω, *inuſit.* pro ἕννυμι, induo.

Ἐυνήτος, *ſeu* ἐΰνητος, ε, ὁ, ἡ, bene textus. ex ἐυ & νέω, neo.

Ἦκα ςίλβοντας ἐλαίῳ, ſplendore *vel* nitore modico, qualis eſt olei. ERN.

v. 597.

Coronas quoque geſtaſſe mulieres, liquet ex hac clypei a Vulcano conſtructi deſcriptione, ubi choream effinxit adoleſcentium, & virginum formoſiſſimarum:

Καὶ ῥ' αἱ μὲν καλὰς ςεφάνας ἔχον. —

Illæ pulchra quidem geſtabant vertice ſerta.

RICCII *Diſſ. Hom. Tom. II. p.* 146. FEITH *L. III. C. VII. §. IV.*

v. 598.

'Εξ, *pendentes* ab —.

v. 599.

'Oτὲ, aliquando, quandoque.

Θρέξασκον] ἐν κύκλῳ ἔτρεχον. *Schol.* in orbem diſcurrebant.

Θρεξάσκω, ſalto, curſito. a θρέξω, v. τρέχω, curro.

'Επιςαμένοισι πόδεσσι, doctis pedibus.

v. 600.

'Ρεῖα μάλ', leviter *vel* agiliter admodum.

Τροχὸν ἄρμενον, rotam aptatam.

v. 601.

Κεραμεὺς, έως, ὁ, figulus. a κέραμος, ε, ὁ, terra figularis, *ſive* e qua fictilia fiunt.

Πειρᾶσθαι τροχὸν non eſt *experiri* rotam, ſed *tractare.* Quam celeriter movetur a figulo rota, quoties ei lubet eam tractare. ERN.

Αἴκε θέῃσιν, ſi currat.] Cod. Harlejan. αἴκ' ἐθέλῃσιν. CLARK. Eadem lectio eſt MS. Lipſ. & ed. Flor. niſi quod eſt αἴκε θέλῃσιν. Hoc fortaſſe melius. ERN.

v. 602.

Ἄλλοτε, Quandoque.

Ἐπὶ *hic* per.

v. 603.

v. 603.

Περιίςαθ', circumſtabat.

v. 604.

Κυβιςητῆρε, ſaltantes in caput.] De κυβιςητήρων ſaltationibus adi Xenoph. in Sympoſio. ERN. Vid. ad Π. 750. v. κυβιςάω, *Xenoph. Oecon. XIII.* 8. de canibus, quæ in aquam ſe dejicere & immergere diſcunt. *Sympoſ. II.* 11. in caput ſalto. εἰς τὰ ξίφη κυβιςᾶν, per gladios in mucronem erectos, ſaltando in caput provolvi.

Κατὰ *h. l.* inter.

v. 605.

Μολπῆς ἐξάρχοντες, Cantum exordientes.

Ἐδίνευον, agebant *vel* verſabant ſe.

Κατὰ *hic* per.

v. 607.

Παρ *hic* in, propter, præter.

Σάκεος πύκα ποιητοῖο, ſcuti affabre facti.

v. 609.

Τεῦξ' ἄρα οἱ θώρηκα — Fecit deinceps ei thoracem.] Homere ne s'arrête pas à decrire la cuiraſſe & le caſque, parce qu'il a déja fait de ces deſcriptions en d'autres endroits. DAC.

v. 610. 611.

Quidam contendunt, φάλος diſtingui a λόφος, illo denotante *conum*, hoc vero *plumam* ei inſertam, ut obſervat *Suidas*. Sed alii nullum inter has voces diſcrimen ponunt. Ex his prior diverſa materia conſtabat, ut plurimum eximia ac pretioſa, quippe in galeæ ornamentum apponeretur. Pariter poſterior variis coloribus pingebatur; unde *Pollux*, *Lib. I. Cap. X.* illi tribuit epitheta εὐανθὴς, νιακινθινοβαφής. *Homerus* hujusmodi partem *h. l.* auro decorat.

Τεῦξε δέ οἱ κόρυθα βριαρὴν, κροτάφοις ἀραρυῖαν,
Καλὴν, δαιδαλέην· ἐπὶ δὲ χρύσεον λόφον ἧκε.
Fecit etiam ei galeam fortem, temporibus aptatam,
Pulchram, variegatam: ſupraque auream criſtam poſuit.

Virgilii heros inſtruitur galea aurea, criſtaque rubra pingitur, *Æneid. Lib. IX. v.* 49.

[— macu-

— *maculis quem Thracius albis*
Portat equus, criſtaque tegit galea aurea rubra.
POTT. *Tom. II. p.* 23.

v. 612.

Κνημῖδες, *ocreæ*, erant tibialia æneа, ferrea, aut ex alio metallo confecta. Sic *Heſiodus*, *ſcuto Herc. v.* 122.

— κνημῖδας ὀρειχάλκοιο φαεινȣ͂,
Ἡφαίςȣ κλυτὰ δῶρα, περὶ κνήμησιν ἔθηκε.
— *ocreas ex orichalco ſplendido*,
Vulcani inclyta dona, tibiis induxit.

Homerus non raro ex ſtanno conflata deſcribit. ex. gr. *h. l.*
Τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανȣ͂ κασσιτέροιο.
Fecit etiam ei ocreas ex ductili ſtanno.
IDEM. *Tom. II. p.* 27.

Ἑανȣ͂] Vide ſupra ad *v.* 352. & ad r. 385. CLARK.
λαμπρȣ͂, ἰσχύτȣ, ἁπαλȣ͂. *Schol.*

Πέπλος, *peplum*, omittitur in ἑανὸς abſolute poſito. Sic *Homerus Iliad.* Γ. *v.* 419. ἑανῷ ἀργῆτι φαεινῷ, & alibi frequenter. Expreſſit autem vocem πέπλος *Iliad. E. v* 734. Πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανόν. De hac voce ita *Euſtathius* ad *Iliad.* Γ. & *Iliad.* N. Ὁ ἑανὸς κυρίως πέπλȣ — ἐπίθετον. *cet.* Sunt enim aliæ quoque res, quibus τὸ ἑανὸς additum reperitur. ex. gr. *h. l.* Ἑανȣ͂ κασσιτέροιο. Ex quo ſatis apparet, eſſe hanc vocem tantum ἐπίθετον. BOS *Ell. Gr. p.* 262.

v. 613.

Κάμε, elaborarat.

v. 614.

Μητρὸς Ἀχιλλῆος θῆκε προπάροιθεν ἀείρας, Coram matre Achillis poſuit ſublata: *les porte auſſitôt à Thetis*,] Le Poëte ne perd point de temps à rapporter les remercimens que Thetis dût faire à Vulcain. Il paſſe tout ce qui eſt ſuperflu ou inutile, & va toujours à ce qui eſt le plus preſſé. DAC.

v. 615.

Ἆλτο κατ' — deſiliit ab —

v. 616.

Φέρȣσα, ferens *filio ſuo*, *qui l'attend avec impatience.*

IN

IN T. ILIADIS.

v. 5.

Λιγέως, *adv.* ſtridule : περιπαθῶς, ὀδυνηρῶς, ὀξέως. *Schol* a λιγὺς, εῖα, ὺ, ſtridulus.

v. 7.

Ἀλλ' ἄγε] *Ut fieri ſolet* —.

v. 9.

Ἐπειδὴ πρῶτα] Non *quandoquidem primum*, quod nemo intelligat, ſed *cum ſemel*, vel ſimpliciter *poſteaquam*. Sic ſæpe Homerus & omnes Poëtæ. ERN.

Θεῶν ἰότητι δαμάσθη, Deorum conſilio *ſeu* voluntate interfectus eſt.] Prohibet a longiore Patrocli luctu Achillem Thetis hoc argumento, quod illius mors Deorum voluntate contigerit; cujus commemoratio non levem habet apud probos homines conſolandi vim, & lacrymas ipſas reprimendi, ſi in mentem illis venerit, cum nos Dei poteſtati & imperio ſubjiciamur, non eſſe juſtam cauſam eorum interitum deplorandi, quos ipſe interire voluerit: alioqui videntur homines huic voluntati adverſari, & eam improbare, cum doleant, quæ Numinis ſapientia comprobavit. Sed illinc videtur ſequi, omnino mortuis illacrymandum non eſſe. Verum alius eſt Thetidis verborum ſenſus; quibus moderatum tantum lugendi modum commendat. Ceterum humanum eſt, ex aliorum interitu condolere. &c. SPOND.

v. 10.

Δέξο, accipe.

v. 13.

Ἀνέβραχε, ſonitum edidere. v. ἀναβράχω, ſono, ſonitum edo.

v. 16.

Ὡς — ὡς, ut — ſtatim. Elegans uſus voculæ ὡς, qua ad *celeritatem* ſignificandam adhibetur, verbo notandus. LENNEP *Animad. ad Coluth. p.* 118. *ſq.*

v. 17.

Ἐξεφάανθεν, micuerunt. 3. plur. aor. 1. ind. Paſſ. *Jon.* & *Poët.* pro ἐξέφανθεν, & hoc *Bœot.* pro ἐξεφάνθησαν,

v. ἐκφαίνω, in lucem edo. ἐκφαίνομαι, in lucem edor. appareo, conſpicuus ſum.

v. 23.

Θωρήξομαι] Notandus hic maxime proprius Vocis Mediæ uſus: *Me ipſe armabo.* Vide ſupra ad N. 168. & ad. Γ. 141. CLARK.

v. 24.

Τόφρα *hic* interea.

v. 25.

Καδδῦσαι κατὰ — ingreſſæ per —.

Χαλκότυπος, ου, ὁ, ἡ, ære impreſſus, ferro *vel* enſe inflictus, armis percuſſus. ex χαλκὸς & τύπτω.

v. 26.

Εὐλαὶ, ῶν, αἱ, vermes, qui in corpore vulnerato naſcuntur ex putredine.

Ἐγγείνωνται, intus generent. v. ἐγγείνομαι, ingenero, genero.

Ἀεικίσσωσι, deturpent. v. ἀεικίζω, contumelia adficio.

v. 27.

Ἐκ δ' αἰὼν πέφαται, Vita nempe ademta eſt.

Κατὰ δὲ χρόα πάντα σαπείη, inque corpore omnia putreſcant. σήπω, putrefacio. σήπομαι, putrefio, putreſco.

v. 28.

Μελόντων, curæ ſint. 3. plur. præſ. imper. Act. *Attice* pro μελέτωσαν, v. μέλει, curæ eſt.

v. 30.

Τῷ — ἀλαλκεῖν, Ab hoc — arcere. v. ἀλαλκέω, ῶ, depello, arceo.

Ἄγρια φῦλα, improba examina.

v. 31.

Αἵ ῥά τε] *Quæ ſcilicet* —.

Ἀρηΐφατος, ου, ὁ, ἡ, ἐν τῷ ἄρει φαόμενος, in prælio occiſus, in pugna interfectus, a Marte interemtus. ex ἄρης, & φάω, occido.

v. 30 31.

Præter ſimilitudines a *muſca* deſumtas illud etiam inſequi cenſores naſo ſuſpendunt, quod *h. l.* de Thetide a Patrocli cadavere muſcas abigente Homerus confingit. Vah, inquiunt, nobile ac Dea dignum miniſterium! Nonne

Nonne erat Achilli aliquis captivus, qui muſcas expelleret? Vah, inquam ego, frigidum atque inſulſum dicterium! Sub eo figmento docuit Vates, nil ſale utilius atque efficacius ad repellendam mortuarum carnium putredinem, nil contra ad eas corrumpendas opportunius ac paratius muſcis, e quarum relicto ſemine putres vermes facile ac citiſſime innaſcuntur. Cum igitur ſub ſpecioſis Deorum fabulis naturæ facta deſcribere Homero licuerit, curam ſervandi cadaveris, ne putreſceret, optime aptiſſimeque Thetidi marinæ Deæ commiſit. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. II. p.* 206.

V. 32.

Ἦν περ, Etſi.

Τελεσφόρος, ου, ὁ, ἡ, ad finem perducens. *Hymn in Jov.* v. 2. *dicitur de Jove, in aliis locis accipitur Paſſive*, ad finem perductus. τελεσφόρος ἐνιαυτὸς, integer annus. *ut hic. item*, ad finem usque officio ſuo fungens. a τέλος & φέρω.

V. 33.

Χρὼς ἔμπεδος, corpus incorruptum.

V. 35.

Ἀποείπω, *hic* renuntio.

V. 39.

Στάζω, ſtillo, inſtillo. *aliquando* Neutrum, *aliquando* Tranſitivum, ut *hic*.

V. 42.

Μίνεσκον] *Manere ſolebant.* Ita optime conſtat Temporum ratio. CLARK.

V. 43.

Κυβερνήτης, ου, ὁ, dux *ſeu* gubernator navis. 2) gubernator quivis. a κυβερνάω, ῶ, navem rego, navis curſum dirigo: guberno, rego.

Οἰήϊον, ου, τὸ, clavus navis, gubernaculum. pro οἰήκιον, οἰάκιον, ab οἴηξ, ηκος, vel οἴαξ, ακος, ὁ, *idem*.

V. 44.

Ταμίας, *promus-condus*, qui commeatum ſingulis diſtribuebat, licet autem vulgo idem ſit ac κελευστής, tamen ſæpius ab iſto diſtinguitur. hujus muneris meminit *h. l.* Homerus:

Καὶ ταμίαι παρὰ νηυσὶν ἔσαν, σίτοιο δοτῆρες.
Et promi - condi apud naves erant, cibi diſpenſatores.
POTT. *Tom. II. p.* 121.

v. 47.

Σκάζοντε, claudicantes.

v. 49.

Ἔγχει ἐρειδομένω, Haſta innitentes.

v. 50.

Καδδὲ — ἵζοντο, conſederunt.
Μετὰ *hic* in.

v. 51.

Δεύτατος, άτη, ατον, ultimus. a δεύτερος, ſecundus, alter, poſterior.

v. 56.

Ἀτρεΐδη, ἦ ἄρ τι] *Al.* ἦ ἄρα τόγ'. CLARK. Pſeudo-Did. interrogative legendum ait: *An ergo nobis hoc utilius erat, quod* &c. Vett. edd. omnes ſine interrogatione, ut Clarkius cum Barneſio. Verte: *Non paullo* (τι) *ergo hoc utique utilius erat.* (Frigide Clarkius, *omnino hoc utique*) intell. placari, ut nunc, nec iræ indulgere. ERN. Homere, toujours moral, fait voir ici par un exemple ſenſible que rien n'eſt plus contraire à un parti que la querelle & la diſſention des Chefs, & que rien ne lui eſt ſi avantageux que leur réünion, & c'eſt là tout le ſujet du poëme. DAC.

v. 58.

Μενεήναμεν, irati fuimus. v. μενεαίνω, iratus ſum.

v. 59.

Τὴν ὄφελ' — κατακτάμεν Ἄρτεμις ἰῷ, Quam utinam — occidiſſet Diana jaculo! *vel*, Hanc debuit — occidiſſe Diana ſagitta.] C'eſt-à-dire, plût à Dieu qu'elle fût morte ſubitement; car les morts ſubites des femmes, les Anciens les attribuoient à Diane, & celles des hommes à Apollon. Au reſte on peut remarquer ici qu'Achille parle en homme qui n'étoit nullement amoureux de ſa captive. DAC. Vide ad *Z.* 205. item POTT. *Tom. II. p.* 142.

v. 60.

Ἑλόμην, cepi.

v. 61.

v. 61.

Τῶ κ', Tum ſane.
Ἕλον, prehendiſſent.

v. 68.

Ἀσκελέως, *adv.* duriter, adſidue, graviter, pertinaciter. ab ἀσκελής, έος, ὁ, ἡ, qui non obduruit: prædurus: immobilis., adſiduus.

v. 70.

Πειρήσομαι, periculum faciam.

v. 71.

Ἰαύειν, pernoctare.

v. 72.

Γόνυ κάμψειν] Recentiorum nonnullos hanc phraſin de *ſubmiſſione & ſupplicatione* accepiſſe teſtatur *Euſtathius.* Mire autem *Barneſius: Libenter in genua ſe ſubmiſſurum, Deo gratias agentem, quod evaſerit.* CLARK. Vide dicta ad *Il. H. v.* 118.

v. 73.

Ὑπ', fugatus vi.

v. 75.

Ἀπειπω, renuncio *rei*, depono *rem.*

v. 77.

In *concionibus cathedris* diſpoſitis *conſidebant* univerſi, *ſtante eo, qui verba facturus erat,* & quidem *in medio.* Vide ad *B.* 99 - 101. Sic *h. l.* in concione primi conſederunt Diomedes & Ulyſſes, poſteaque Agamemnon, etſi ille concionatus ſit

ἐξ ἕδρης, ὐδ' ἐν μέσσοισιν ἀναςάς.
— *e ſede, neque inter medios prodiens*

certa de cauſa præpeditus. Similiter congregatis Ithacenſibus, *Odyſſ. II.* 14. Telemachus *conſedit in patris ſede,*

Ἕζετο δ' ἐν πατρὸς θώκῳ. — —

Et poſtea, *v.* 37. concionaturus

Στῆ δὲ μέσῃ ἀγορῇ, — — —
Stetit in media concione. — —

Sceptro tradito, ut & fit a Menelao *Iliad. XXIII.* 566. *ſq.* Poſtquam eſſent *locuti, in ſedem ſe recipiebant, alio conſurgente*, quemadmodum *Iliad. VII.* 354. in concione Trojanorum Antenor

— — ἔγ' ὣς εἰπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο· τοῖσι δ' ἀνέστη
Δῖος Ἀλέξανδρος Ἑλένης πόσις ἠϋκόμοιο.

*— — ita locutus reſedit : inter hos autem ſurrexit
Nobilis Alexander Helenæ maritus pulchræ comas.*

FEITH. *L. II. C. VI.* §. *II.*

Αὐτόθεν, *adv. h. l.* Ex eo ipſo loco.

v. 78.

Ὦ φίλοι, ἥρωες Δαναοί,] Sciebat Agamemnon, excitatum iri tumultus & murmura Græcorum in ſe, quod ipſe tanti detrimenti cauſa videretur ob injuria affectum Achillem, itaque captat multitudinis attentionem : quaſi non poſſit audiri, quam juſte cum Achille ſit contracturus, & quam moderate facti ſui pœnitentiam indicaturus, niſi placide & ſine ulla populi conturbatione perorandi facultas ipſi concedatur. SPOND.

v. 79.

Καλὸν, decet *vos.*

v. 80.

Ὑββάλλω, pro ὑποβάλλω, *Æol. Sync.* ſubjicio. *h. l.* interpello, interloquor.

v. 81.

Ἀκούειν, audire poſſit.

v. 82.

Βλάβεται, impeditur. v. βλάβω, *pro* βλάπτω, lædo, noceo.

v. 83.

Ἐνδείξομαι, *cum Dat.* ad — orationem dirigam. v. ἐνδείκνυμι, oſtendo, indico.

v. 84.

Σύνθεσθ', Intelligite, animum advertite. v. συντίθεμαι, *h. l.* adverto animum.

Γνῶτε, cognoſcite, percipite.

v. 86.

Νεικείεσκον, (*mihi*) conviciati ſunt, *vel* conviciari ſoliti ſunt, (*me*) objurgarunt.

v. 88.

Ἄγριον ἄτην, ſævam uoxam.

v. 89.

Ἀπηύρων, abſtuli.

v. 90.

v. 90.

— Θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ,

— Deus omnia perficit.

vel,

— Dea omnia perficit

Πρέσβα Διὸς θυγάτηρ Ἄτη, κ. τ. λ.

Veneranda *nempe* Jovis filia Ate, (*Noxa*,) &c.

La Déeſſe Até, ce démon de diſcorde & de malediction, n'eſt-elle pas toujours plus forte que les hommes?] C'eſt la Déeſſe Até, un démon de diſcorde & de malediction, qui fut precipité du ciel en terre, comme Homere le dit enſuite. Cette apologie d'Agamemnon eſt bien adroite; il s'accuſe, mais en même temps il rejette ſa faute ſur la Déeſſe de la diſcorde, qui peut triompher des hommes, puisqu'elle fit ſentir ſon pouvoir à Jupiter même. DAC.

v. 91.

Ἀάομαι, lædo, offendo, noxa afficio.

Ἣ πάντας ἀᾶται,] Les Anciens ont donc reconnu un Démon créé par Dieu même & uniquement occupé à nuire & à faire du mal. DAC.

v. 93.

Πίλνημι, appropinquare facio, admoveo. πίλναμαι, appropinquo. a πιλνάω, *idem quod* πελάω, *idem.*

v. 94.

Κατὰ — πέδησε, malo irretit. v. καταπεδάω, malo irretio. ex κατὰ & πεδάω, *idem.*

Ἕτερον, alterum *concertantium.*

v. 95.

Καὶ γάρ δή νύ ποτε Ζῆν' ἄσατο, Etenim jam olim Jovem læſit,] Il ſemble que les Autheurs de cette fable ayent voulu marquer par là que le Démon fait quelquefois des choſes où il paroit plus fort que Dieu, quoi qu'il ſoit vrai que rien ne ſe faſſe que ſelon les loix de ſa providence, & que cet eſprit de diſcorde n'ait qu'autant de pouvoir qu'il plaît à Dieu de lui en donner. DAC.

v. 97.

Δολοφροσύνη, ης, ἡ, doli meditatio, dolus, fraus.

v. 98.

Ἔμελλε — τέξεσθαι, erat — paritura.

V. 99.

Ἐυςέφανος, ου, ὁ, ἡ, corona pulcra cinctus, bene coronatus. 2.) *h. l.* bene munitus; bene muris cinctus.

V. 103.

Φόωςδε — Ἐκφανεῖ, in lucem — Edet.

V. 105.

Τῶν ἀνδρῶν γενεῆς, οἵ θ' αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσι.

Eorum hominum ex genere, qui ſanguine ex meo ſunt. Conf. *Cel.* ALTMANNI *Meletem. Philol. - Crit. Tom. I. p.* 252. *ſq. in Act. XVII.* 26. Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων.

V. 107.

Ψευςέω, ῶ, mendacium dico, mentior.

Οὐδ' αὖτε τέλος μύθῳ ἐπιθήσεις, *& vous n'effectuerez point la promeſſe que vous nous faites.* DAC.

V. 108.

Εἰ δ' ἄγε,] *Sin ita revera ſtatuiſti, age, &c.* Vide ſupra ad *I.* 167. CLARK.

V. 111.

Γενέθλη, ης, ἡ, genus, progenies.

V. 113.

Πολλὸν ἀάσθη, magnum malum accepit.

V. 115.

Ἔνθ' ἄρα] *Ubi videlicet* —.

V. 117.

Κύω, in utero geſto, ſum prægnans.

Ὁ δ' ἕβδομος ἑςήκει μεὶς, ſeptimo ineunte menſe.

Μεὶς, *Æol.* pro μὴν, *Dor.* μὰν, menſis.

V. 118.

Ἠλιτόμηνος, ου, ὁ, ἡ, aberrans a menſibus, ante completos menſes natus, nondum juſtum menſium numerum aſſecutus. ab ἀλιτέω, pecco: aberro; & μήν.

V. 119.

Ἀπέπαυσε τόκον, inhibuit partum.

Σχέθε, repreſſit.

V. 120.

Ἀγγελέουσα, renunciatura factum.

V. 121.

'Ἀργικέραυνος, ου, albicans *ſeu* velox fulmen mittens, rutili fulminis miſſor. ex ἀργὸς & κεραυνός.

Ἔπος τί τοι ἐν φρεσὶ θήσω, rem quandam tibi in mentem ponam.

V. 124.

Ἀεικὲς, indignum *eſt.*

V. 125.

Τὸν δ' ἄχος ὀξὺ κατὰ φρένα τύψε βαθεῖαν, hunc vero dolor acutus in mente vulneravit profunda. Vid. *Cel.* KYPKE *Obſ. S. Tom. I. in Luc. II.* 35. Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία.

V. 126.

Ἕλ' Ἄτην κεφαλῆς, corripuit Aten capite.

Λιπαροπλόκαμος, ου, ὁ, ἡ, cui nitida eſt coma, nitentibus capillis ornatus. ex λιπαρὸς, pinguis, nitidus; & πλόκαμος, ου, ὁ, cincinni.

V. 130.

Ἔῤῥιψεν, projecit *eam.*

V. 131.

Ἵκετο — pervenit *ea* ad —.

V. 132.

Τὴν αἰεὶ στενάχεσχ', Hujus opera *vel* ob hanc ſemper ingemiſcebat *is.*] Ait Agamemnon: Ut Jovem jurisjurandi ſui pœnituit, (ubi adhuc nobis obſervandum eſt, quam rigide nobis juramenta præſtanda ſint, quanquam non ſine diſtinctione,) & ob dolores & pericula, quibus ſubinde filium objici ab Euryſtheo videbat, (intelligit autem duodecim labores Herculis,) identidem animo affligabatur: ſic cum a Trojanis Græcos viderem profligari, pœnitebat me facti mei, & dolebam, Achilli noſtro a me tam gravem illatam eſſe injuriam. Tandem dona, quæ antea pollicebatur, nunc noviſſime ipſi Achilli offert, eumque ad prælium exhortatur. SPOND.

Ὅθ' *pro* ὅθι, *adv.* ubi; quando. vel *pro* ὅτι.

V. 133.

Ὑπ' Εὐρυσθῆος ἀέθλων, ſub Euryſthei laboribus: *aſſujetti aux ordres d'Euryſthée, &c.* DAC.

D 5 V. 136.

v. 136.

Αἰλαθέσθαι, obliviſci. pro λαθέσθαι, a λέλαθον, *Jon.* pro ἔλαθον, aor. 2. Act. v. λανθάνω. Sic λελαβέσθαι, prehendere. pro λαβέσθαι, a λέλαβον, *Jon.* pro ἔλαβον. v. λαμβάνω. *Odyſſ.* Δ. 388.

Ἀάσθην, læſus fueram.

v. 137.

Ἀασάμην, noxam accepi: offendi.

v. 138.

Ἀρέσαι, placare. v. ἀρέσκω, placo, animum reddo. 2.) placeo.

v. 140.

Ὅδε, ipſe.

Παρασχεῖν, præbebo.

v. 142.

Ἐπίμεινον, expecta.

Ἐπειγόμενός περ ἄρηος, feſtinans licet ad certamen.

v. 148.

Ἠτ' ἐχέμεν, Vel retinere.

Πάρα σοι, in tua poteſtate eſt: πάρεστί σοι. *Schol.*

v. 149.

Κλοτοπεύω, verbis tempus tero, tempus inaniter produco.

v. 150.

Διατρίβω, moras traho.

Ἄρεκτος, ε, ὁ, ἡ, infectus, imperfectus. ex α pr. & ῥέζω, facio.

Ἔτι γὰρ μέγα ἔργον ἄρεκτον] Ἤτοι περὶ τῆς Πατρόκλε ταφῆς λέγει, ἢ τῆς τῦ Ἕκτορος ἀναιρέσεως. *Schol.* Rectius autem hoc in univerſum de bello nondum confecto dictum intelligas. CLARK.

v. 156.

Νῆστις, ιος, ὁ, ἡ, jejunus, qui cibum non cepit.

v. 157.

Ὀλίγον χρόνον, *in* exiguum tempus.

v. 158.

Εὖτε *hic* poſtquam.

Ὁμιλήσωσι, congreſſæ fuerint.

v. 159.

Ἐν — πνεύσῃ, inſpiraverit.

v. 160.

v. 160.

Πάσαϑαι, veſci. v. πάομαι. *cum Genit.*

v. 161.

Vini uſus apud *Homerum* maximus, qui proinde *vinoſus* dicitur ab *Horatio:*

Laudibus arguitur vini vinoſus Homerus.

Σῖτος καὶ οἶνος, *panis & vinum* paſſim apud eum conjunguntur: τὸ γὰρ μένος ἐςὶ καὶ ἀλκὴ, *hoc enim hominis ſtabilimentum ac robur*, inquit Ulyſſes *h. l.* utriusque neceſſitatem in vita collaudans. Nec viri modo, ſed & fœminæ vel juvenculæ vino uti ſolitæ, ut manifeſtum eſt ex Nauſicaa, ac ſociis puellis, quæ vinum ſecum devexerunt ad flumen, dum eo irent lavatum ſordidas veſtes. (*Od. VI.*) A quo ſane more neutiquam laudabili Romani aliique populi maxime abhorruerunt, apud quos, *Athenæo* teſte, (*Lib. X.*) nefas erat, mulierem vinum guſtare: qui & Græcas mulieres temulentiæ accuſat. Quinimmo puerulis quoque vinum propinari Græci ſinebant, ut Achilli a Phœnice, ejus cuſtode ac nutricio, propinatum legimus. (*Il. IX.*) Quod non probavit *Plato ſecundo de Legibus*, ubi lege lata ſancivit, ne pueri ad annos usque decem & octo vino utantur; deinceps vero utantur quidem, non tamen ad ebrietatem impleantur. Παῖδας μέχρι ἐτῶν ὀκτὼ καὶ δέκα, οἴνου τὸ παράπαν μὴ γεύεσθαι, μετὰ δὲ γεύεσθαι μὲν, μὴ μεθύσκεσθαι δέ. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. I. p.* 174. *ſq.* add FEITH. *L. III. C. II. §. II.*

v. 163.

Ἄκμηνος, ου, ὁ, ἡ, jejunus.

Ἄκμηνος σίτοιο, expers cibi.] Verbum hoc in uno hoc libro Iliados occurrit, de quo vid. Intt. ad Heſych. ERN.

Ἄντα μάχεσθαι, contra *hoſtem* pugnare.

v. 164.

Μενοινάα πολεμίζειν, (animo) promto ſit ad pugnandum.

v. 165.

Ἀλλά τε λάθρη γυῖα βαρύνεται, Tamen ſimul ſenſim membra gravantur.

Βαρύνεται] *Victorius, Var. Lect. Lib. XXXVIII. Cap.* 21. ait, ex vetere Scholiaſte, hoc vocabulum unum eſſe eorum, quæ σημασίαν ἐναργεςάτην ἔχουσι, & appellantur

ἀναμίλ-

ἀναμίκλητα; quibus, omni contentione adhibita, melius nihil aptiusque excogitari poſſit. CLARK.

Κιχάνει, occupant *eum*.

v. 167.

Κορεσσάμενος] *Quum ſe ipſe ſaturaverit.* Vide ſupra ad *v.* 23. & ad Γ. 141. CLARK.

v. 170.

Πρὶν πάντας ἐρωῆσαι πολέμοιο, quam omnes recedant a pugna.

v. 155 — 170.

Antequam committeretur prælium, cibariis ſemper ſe reficiebant milites, edendo ac bibendo copioſe. Hujusmodi conſuetudo ejusque rationes ample deſcriptæ exſtant in oratione hac eleganti Ulyſſis ad Achillem, ubi monet iſtum juvenem imperatorem, ne exercitum impranſum educat. — *Livius* quoque tradit *Lib. IX.* Romanos iſtum exiſtimaſſe apparatum prorſus neceſſarium, nec unquam omiſiſſe ante pugnam. POTT. *Tom. II. p.* 62. *ſq.* add. FEITH. *L. IV. C. XIV.* §. *II.*

v. 171.

Σκέδασον, dimitte. v. σκεδάζω.

Δεῖπνον *hic* jentaculum.

v. 172.

Ὅπλεσθαι, Inſtrui. v. ὅπλομαι, armor. 2.) *h. l.* inſtruor, paror. ab ὅπλον, armatura.

v. 174.

Ἰαίνω, calefacio, tepefacio. *h. l.* perfundo lætitia, exhilaro.

v. 176.

Μήποτε *hic* nunquam.

Τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι, hujus cubile aſcendiſſe *ſe.*

Μιγῆναι, miſtum fuiſſe, rem habuiſſe.

v. 177.

Ἡ θέμις ἐστὶν, Qua mos eſt.

v. 179.

Δαιτὶ — Πιείρῃ, convivio — Lauto *vel* Opiparo.

Ἀρεσάσθω, conciliet: oblectet.

v. 180.

Ἵνα μή τι δίκης ἐπιδευὲς ἔχῃσθα, ut ne quid juris mutilum

tilum habeas.] *ἵνα μηδὲν ἐλλίπῃ τῶν ὀφειλόντων πρὸς σὲ δικαίως πεϱαχθῆναι. Schol. afin que rien ne manque à la ſatisfaction qu'il vous doit.* DAC.

V. 182.

Ἔσσεται, Eris : eſto.

— Ου μὲν γάρ τι νεμεσσητὸν, βασιλῆα
Ἄνδρ' ἀπαρέσσασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ·
— Haudquaquam enim indigne ferendum, regem
Virum placare, quando quis prior injuriam fecerit.

Et ne penſez pas, qu'il ſoit indigne d'un Roi de faire ſatisfaction à ceux qu'il a offenſez.] Maxime veritablement divine. Toute injure doit être reparée, c'eſt la loi : ainſi perſonne n'eſt diſpenſé de lui obeïr, & il eſt glorieux à ceux qui portent le ſceptre de la juſtice de s'y ſoumettre. DAC.

V. 186.

Ἐν μοίρῃ, Recte, convenienter : *κατὰ τὸ προσῆκον, κατὰ τὸ πρέπον.*

Διίκεο, perſecutus es, ordine obiiſti. v. *διικνέομαι, ῦμαι,* pervado, permeo. *h. l.* oratione percurro, enarro.

V. 188.

Πρὸς δαίμονος, per Deum.

V. 189.

Τέως γε, eousque ſaltem. *τέως, adv.* tamdiu. ab *ἕως.*

V. 193.

Κυρῆτες, juvenes validi. a *κῦρος.*

V. 197.

Ταμέειν, mactandum.

V. 200.

Πένεσθαι, curare, procurare.

V. 201.

Μεταπαυσωλὴ, ῆς, ἡ, requies, ceſſatio. a *μεταπαύομαι,* interquieſco : ceſſo.

V. 202.

Μένος — ἦσιν, martius ardor — ſit.] *ὀργὴ ὑπάρχῃ. Schol.*

V. 203.

Δεδαϊγμένοι, confoſſi. v. *δαΐζω*, divido : diſcerpo : occido.

V. 205.

v. 205.

Ἐς βρωτὺν ὀτρύνετον, ad cibum urgete.
Βρωτύς, ύος, ἡ, cibus. a βρώσκω, edo.

v. 209.

Ἱείη, demittetur.

v. 213.

Τό, Ideo.
Μέμηλεν, curæ ſunt.

v. 211—213.

Pedes mortuorum olim januam verſus ſemper converſi fuerunt: hinc *Perſius*, *Sat. III.* *v* 103. canit:

— — tandemque beatulus alto
Compoſitus lecto, craſſisque lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit. —

Achilles *h. l.* loquitur de Patroclo hunc in modum poſito:

Ὅς μοι ἐνὶ κλισίῃ δεδαϊγμένος ὀξέϊ χαλκῷ
Κεῖται, ἀνὰ πρόθυρον τετραμμένος. —
Qui mihi in tentorio confoſſus acuto ære
Jacet, in veſtibulum pedibus converſus. —

Ubi diſcimus ex *Scholiaſte*, quod iſto ritu ſignificarent, ſe nunquam redituros, poſtquam elati fuiſſent. Interea dum corpus ibi jaceret, ſemper cuſtodiri ſolitum, ut vis ac contumelia ab eo arcerentur; unde Achilles ſubjicit:

— — — ἀμφὶ δ' ἑταῖροι
Μύρονται. — — —
— — — *circum autem ſocii*
Lugent. — — —

Et *paulo ante*, *v.* 23. *ſqq.* vidimus eundem tam ſollicitum atque anxium, ne muſcæ vermesque cadaver contaminarent, ut hinc in prælium ire nequiret, donec Thetis illud ſecurum præſtare pollicita fuerit. POTT. *Tom. II. p.* 152. *ſq.* add. FEITH. *L. I. C. XIII. §. III.*

v. 217.

Κρείσσων ἐις ἐμέθεν, Præſtantior es me,] Suum conſilium tuetur Ulyſſes adverſus Achillem, qui Græcis in aciem jejunis prodeundum eſſe arbitrabatur: quod facundus orator eleganter refutat, ac in ipſo initio Achillem deprimendo, quod ad conſiliorum facultatem ſe eo nomine extollit ætatis & experientiæ multæ ratione,

qua

qua Achille ſit ſuperior, cui eminentiam tamen bellicæ laudis tribuit. Sic *antea* Polydamas Hectorem alloquebatur. Unde conſtat, verum eſſe, quod ipſe *Homerus alibi* dicit, diverſa eſſe Deorum dona, nullique omnia tribui, ut etiam *aliâs* vidimus. SPOND.

v. 218.

Σεῖο νοήματί κεν προβαλοίμην, te prudentia utique ſuperavero. *προβάλλω h. l.* ſupero.

v. 220.

Τῷ τοι — Itaque tibi —

Ἐπιτλήτω, acquieſcat. v. *ἐπιτλάω vel ἐπίτλημι*, perfero, perpetior.

v. 221.

Κόρος, ου, ὁ, ſatietas, faſtidium.

v. 222.

Ἧς, Cujus.

Καλάμη, ης, ἡ, ſtipula. *h. l.* cadaver hominis interemti. Πλείστην μὲν καλάμην χθονὶ χαλκὸς ἔχευεν, plurimam quidem ſtipulam in terram æs fundit.] Ἀλληγορικῶς ἂν καλάμην νῦν κέκληκε τὰ σώματα τῶν ἀνῃρημένων. *Schol.* Quoties multam necem ſignificare vult, *meſſem* hominum factam eſſe dicit. *Macrob. Saturnal. Lib. V. Cap.* 15. CLARK.

v. 223.

Ἄμητος, ου, ὁ, meſſis, collectio frugum. ab *ἀμάω*, meto.

Ἄμητος δ' ὀλίγιστος, Meſſis autem perexigua : & *alors les reſtes ſont bien petits.*] C'eſt-à-dire, *ceux qui ſe ſauvent de la deroute ſont en bien petit nombre.* L'expreſſion d'Ulyſſe eſt remarquable ; il appelle *καλάμην*, *ſtipulam*, *la paille*, ceux qui ſont tuez dans le combat, & il appelle *ἄμητον*, *moiſſon*, ceux qui échappent. Cela eſt aſſez conforme au langage de l'Ecriture ſainte, où ceux qui periſſent ſont appellez *la paille*, & ceux qui ſe ſauvent ſont appellez *le bled.* DAC.

Ἐπὴν κλίνῃσι τάλαντα Ζεύς, poſtquam inclinet lances Jupiter : *dès que Jupiter a fait pancher ſes fatales balances.*] C'eſt une phraſe tres-poëtique pour dire, *a mis en deroute l'un des deux partis*, ce qui n'arrive que lors qu'il a fait pancher un des baſſins de la balance. Il eſt aſſez parlé ailleurs des balances de Jupiter. EAD.

v. 225.

Γαστέρι δ' ὔπως ἐστὶ κ. λ. τ. Ventre vero haudquaquam licet &c. *Ce n'eſt point en jeunant que les Grecs doivent pleurer un mort ; &c.* EAD.

v. 228.

Καταθάπτω, ſepelio, inhumo, funero.

v. 229.

Νηλὴς, ἐος, ὁ, ἡ, patiens: firmus.

Ἐπ' ἤματι δακρύσαντες, diem unam deflentes.] De moderando luctu *antea* diximus, ad *v.* 9. *hujus Libri.* Dicit autem Ulyſſes ad Achillem: Non eſt quod ita Patroclum perlugeas, ut cibi capiendi tamen obliviſcaris. Satis enim in diem unum luctus tempus extenditur: proinde videndum eſt, ut eorum, qui mortui ſunt, ſepulturam procuremus; qui vero ſuperſtites e bello remanſerunt, illi videant, ut ſe lacrymis & planctu non macerent & frangant, ſed reſumtis cibo & potu viribus alacriores & fortiores in hoſtes exiliant. SPOND.

v. 230.

Πολέμοιο περὶ στυγεροῖο λίπωνται, pugnæ horrendæ ſuperfuerint, *vel* e bello odioſo reliqui fuerint.

v. 233.

Ἑσσάμενοι χροῒ χαλκὸν] *Cum noſmet ipſi armaverimus.* Similiterque infra *v.* 238. — Νέστορος υἱας ὀπάσσατο. *Neſtoris filios ſibi ipſe comites aſcivit.* Vide ſupra ad *v.* 23. & ad *N.* 168. CLARK.

v. 234.

Ὀτρυντὺς, ύος, ἡ, cohortatio, inſtigatio. ab ὀτρύνω, incito, inſtigo, adhortor.

Ἰχαναάσθω, ſubſiſtat.

v. 235.

Κακὸν ἔσσεται, male ei cedet.

v. 236.

Ἀθρόοι ὁρμηθέντες, omnes ſimul *caſtris* egreſſi.

v. 242.

Ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον, ſimul verbum fuit, & perfectum eſt opus.] Sic apud *Virgilium : Sic ait, & dicto citius tumida æquora placat. Æn. I.* 146. item apud *Terentium : Dictum factum huc abiit. Heautontimor. Act V. Sc. I.* 31. CLARK.

v 246.

v. 246.

Ὀγδόατος, ἄτη, ατον, *Poët.* pro ὄγδοος, octavus.

v. 245. 246.

Quando ex pluribus unius tantum mentionem faciunt Scriptores, ceterorum numero in adjectivo ordinali implicite latente, ſupplemento plurium vocum opus eſt, ad conſtituendam integram orationem. ex. gr. 2 *Petr II.* 5. Ὄγδοον Νῶε δικαιοσύνης κήρυκα ἐφύλαξε. pro quo plena eſt oratio: ἑπτὰ ἐφύλαξε, καὶ ὄγδοον Νῶε. Ita ſane legitur apud Homerum *h. l.*

Ἐκ δ' ἄγον αἶψα γυναῖκας ἀμύμονας, ἔργ' εἰδυίας,
Ἑπτ', ἀτὰρ ὀγδοάτην, Βρισηΐδα καλλιπάρηον.
Eduxerunt autem ſtatim mulieres formoſas, operum peritas,
Septem; *ſed & octavam Briſeïda pulcram genas.*

& *Iliad. B. v.* 312. 313.

— — — πετάλοις ὑποπεπτηῶτες,
Ὀκτώ, ἀτὰρ μήτηρ ἐνάτη ἦν, ἣ τέκε τέκνα.
— — — *præ metu foliis occulti,*
Octo: *ſed mater, quæ illos pepererat,* nona *erat.*

BOS *Ell. Gr. p.* 583. HOOG. *ad* VIG *Idiot. Cap. III. Sect. II.* R. *XVII.* (*N.* 84.)

v. 247.

Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα, Auri autem appenſa Ulyſſes decem omnia talenta] *Decem ipſa talenta*, vel *talenta non minus decem.* Vide ſupra ad Σ. 373. & 470. CLARK.

Στήσας] ἀριθμήσας· ἢ διὰ ζυγοῦ στήσας· οὕτως γὰρ οἱ ἀρχαῖοι τὰ χρήματα ἐστάθμιζον, ὅθεν ὀβολοστάται εἴρηνται. *Schol.* Vide infra ad Ω. 232.

v. 248.

Ἦρχ', Præibat *ferens.*
Κοῦροι, juvenes.

v. 249.

Ἂν — Ἵστατο, Surrexit.

v. 254.

Κάπρου ἀπὸ τρίχας ἀρξάμενος, Apri ſetis pro primitiis abſciſſis.

v. 250 —.

Fœdera inter ipſos Reges contrahebantur, ſicuti vi-

 dere

dere eſt *Iliad. III. v.* 261. *ſqq.* ubi Agamemnon & Priamus conveniunt, certisque ritibus, inſpectantibus Græcis ac Trojanis, paciſcuntur. *Agnus* ibi ex utraque parte collatus, & quidem Terræ, Jovi ac Soli *immolatus.* Jugulum præcidit Agamemnon, & pilos e capite exſecat, qui adſtantibus optimatibus a præconibus diſtributi: hoc ſigno notans, ita exciſum iri, qui fœdus violaret. — Sed enim hoc pacto mactari ſolebat in quovis jurejurando ſanctiori victima; veluti *h. l.* ubi Agamemnon, cæſo apro, reſectisque e fronte pilis, jurat, ſe cum Briſeïde rem non habuiſſe.- FEITH. *L. IV. C. XVII. §. II.*

v. 255.

Ἐπ' αὐτόφιν εἵατο σιγῇ, ibidem ſedebant tacite.] Quid eſt *ibidem ?* Immo: *immoti ſedebant & ſilentes.* Quibus duabus rebus eleganter & accurate tranquillitas concionis exprimitur, quæ ſine ſtrepitu & fremitu eſt. ERN.

v. 256.

Κατὰ μοῖραν, ut par erat.

v. 257.

Εὐξάμενος δ' ἄρα εἶπεν, ἰδὼν εἰς οὐρανὸν εὐρύν,
Supplicans autem dixit, ſuſpiciens in cœlum latum.

Vide *Cel.* WOLFII *Cur. Phil.* nec non *Cel.* ELSNERI *Obſerv. S.* in *Joh. XI.* 41.

v. 258.

Ἴςω, ſciat: teſtis ſit.

v. 259. 260.

Notandum eſt, præ ceteris Diis *Jovem* cognominatum Ὅρκιον perjurii vindicem creditum fuiſſe: nam in Olympiæ βουλευτηρίῳ, id eſt, *conſeſſus publici loco*, Jovis ſtatuam utraque manu fulmen geſtantem, & ad pedes tabulam æneam, cui quædam carmina elegiaca, ad homines ab illo Deo in perjuriis invocando deterrendos compoſita, inſculpta viſebantur, poſitam eſſe tradit *Pauſanias. Præterea* perjuri a *Furiis* corripi & exagitari credebantur, quæ ſingulorum menſium quinto die loca perluſtrabant ad illos impios plectendos, juxta *Heſiodum, Oper. & Dier. v.* 801.

Ἐν πέμπτῃ γάρ φασιν Ἐριννύας ἀμφιπολεύειν,
Ὅρκον τιννυμένας, τὸν Ἔρις τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις.

In

In quinta enim ajunt Furias obambulare,
Perjurium vindicantes, quod contentio genuit exitium perjuris.
Itaque Agamemnon jurans, ſe nunquam Briſeïda noviſſe, teſtes *Furias* adhibet *h. l.*

— — Ἐριννύες, αἵ θ' ὑπὸ γαῖαν
Ἀνθρώπους τίνυνται, ὅτις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.
— — *Furiæ, quæ ſub terram*
Homines puniunt, quicunque perjurium juraverit.

Pœna, quam ibi innuit *Homerus*, poſt mortem irrogata fuiſſe videtur. ait enim, ὑπὸ γαῖαν ἀνθρώπους, ſeu *homines ſub terram*; & quod ita intelligendum ſit, patet ex alio jurejurando apud eundem Poëtam, *Iliad.* Γ. *v.* 278. quo inferi Dii ſic invocantur:

— — — καὶ οἱ ὑπένερθε καμόντας
Ἀνθρώπους τίνυσθε, ὅ τις κ' ἐπίορκον ὀμόσσῃ.
— — — *& qui ſub terra mortuos*
Homines punitis, quicunque perjurium juraverit.

Sed nonnulli *iſto loco* legunt καμόντες, & ita intelligi volunt, fato functorum animas inſervire ad perjuros nebulones cruciandos. POTT. *Tom. I. p.* 284.

v. 262.

Πρόφασις, εως, ἡ, occaſio, prætextus. a πρόφημι, prædico.

Οὔτ' εὐνῆς πρόφασιν κεχρημένος, Neque concubitus cauſa indigens *ipſa.*

Οὔτε τευ ἄλλου, neque alicujus alterius *rei.*

v. 263.

Ἔμεν', manſit.

Ἀπρότιμαστος, ου, ὁ, ἡ, intactus, incontaminatus. ex α pr. & προτιμάσσω, attingo. *Dor.* pro προσμάσσω.

v. 264.

Ἐπίορκον, perjurium *eſt.*

v. 265.

Διδοῦσιν, ὅτις — (*Dor.* pro ὅστις,) dant *ei*, qui —.

Σφ' ἀλίτηται, in eos peccarit. v. ἀλιτέω, ῶ, pecco, delinquo.

v. 266.

Ἀπὸ στόμαχον κάπρου τάμε, *id eſt,* κάπρου στόμαχον ἀπέταμε, jugulum apri abſcidit.

v. 267.

Λαῖτμα, ατος, τὸ, trajectus. 2.) latitudo. 3.) *h. l.* æquor.

v. 268.

Βόσις, εως, ἡ, paſtus, cibus. a βόω, paſco.

v. 267. 268.

Victimæ ob jurajuranda mactatæ *non ſolebant venire in cibum*, ſed *abjici*, quod videmus *h. l.* in apro illo Agamemnonis, quem Talthybius

— — πολιῆς ἁλὸς ἐς μέγα λαῖτμα

Ῥίψ' ἐπιδινήσας βόσιν ἰχθύσιν. ——

— — *cani maris in magnum æquor*

Projecit circumrotatum, eſcam piſcibus. ——

Inde *Pauſanias*, *Eliac. Prior.* ſeu *Lib. V. Cap.* 24. Τοῖς γε ἀρχαιοτέροις ἐς τὰ ἱερεῖα ἦν καθεστηκὸς, ἐφ' ὧ τις ὅρκον ἐποιήσατο, μηδὲ ἐδώδιμον εἶναι τοῦτο ἔτι ἀνθρώπῳ. *Vetere equidem religione ſancitum-ſcio, ne victima veſcerentur homines, ſuper qua jusjurandum conceptum fuiſſet.* Quem etiam morem obſervatum ſcribit *ibidem* in Olympiis, ubi Athletæ ac Gymnaſtæ apud Hellanodicas jurabant ἐπὶ κάπρου τομίων, *ſuper exſecti ſuis teſtibus.* FEITH. *L. IV. C. XVII.* §. *II.*

v. 270.

Ἦ μεγάλας ἄτας ἄνδρεσσι διδοῖσθα, magnas calamitates omnino mortalibus infers.

v. 272.

Ὤρινε, commoviſſet.

v. 273.

Ἦγεν, Abduxiſſet.

Ἐμεῦ ἀέκοντος, me invito.

Ἀμήχανος *h. l.* mala ſtruens. ex α epitat. & μηχανή.

Πόθι *hic* nimirum.

v. 274.

Γενέσθαι, contingere.

v. 276.

Αἰψηρὸς, ρὰ, ρὸν, celer, velox. ab αἶψα, *adv.* ſtatim, continuo.

v. 277.

Ἄρ'] *Ut juſſerat Achilles.* — *v.* 275.

v. 280.

Κάθισαν, collocaverunt in ſedibus.

v. 281.

v. 281.

Ἔλασαν, egerunt.

v. 284.

Ἀμφ' αὐτῷ χυμένη, Ipſi circumfuſa.

Λίγ' ἐκώκυε, ſtridulum edidit ululatum: ſtridule lamentabatur.

Ἀμύσσω, *vel* ττω, rado unguibus, vellico, lacero, diſcerpo, lanio. *Metaph.* mentem exulcero. *A. v.* 243.

v. 290.

Ἄψ ἀνιῦσ', Reverſa.

Ὥς μοι δέχεται κακὸν ἐκ κακοῦ αἰεί, ut me excipit malum e malo ſemper!

v. 291.

Ἔσσαν, collocarant.

v. 294.

Κήδειος, ου, ὁ, cujus curam gerimus. 2.) *h. l.* carus, amatus, amicus, conjunctus. a κῆδος, εος, τὸ, cura.

Ὀλέθριον ἦμαρ ἐπέσπον, exitialem diem obierunt.

v. 295.

Οὐδὲ μὲν οὐδ'] Singularem habet vim duplex iſta negatio, quæ ſermone Romano exprimi non poteſt. CLARK. haudquaquam tamen.

Ἔασκες, ſinebas.

v. 296.

Πέρσεν, evertit.

v. 298.

Θήσειν, *te* facturum eſſe.

v. 299.

Δαίσειν γάμον, inſtruere *vel* celebrare epulas nuptiales.

v. 300.

Τῷ *hic* Ideo.

Ἄμοτον, inexpletum: inſatiabiliter. Δ. 440.

Μείλιχος, ου, ὁ, ἡ, blandus, placidus, jucundus, animo manſuetus. a μειλίσσω.

v. 301.

Ἐπὶ — στενάχοντο, adgemebant.

v. 302.

Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη, De Patroclo, ſpecie, de ſuis autem *revera* ipſorum malis ſingulæ]

„Selon mon goût particulier, voilà le trait le plus fin, „qui ſoit dans toute l'Iliade: rien n'eſt plus naturel que „l'image que le Poëte nous preſente de nos pauvres fil„les, qui ſe trouvant depuis aſſez longtemps entre les „mains d'un vainqueur, renouvellent leurs larmes à l'oc„caſion des nouveaux objets de triſteſſe qui les envi„ronnent, quoiqu'elles y priſſent peu de part.„ *Terraſſon. Diſſertat ſur l'Iliade, Part. IV. Cap.* 4. CLARK. Hanc tam bellam ſententiam etiam Latini Scriptores, in his *Tacitus* & *Virgilius*, imitati ſunt: apud quos per occaſionem aut prætextum alieni mali, lugent ſua, aut moventur ſuis. Conf. infra *v.* 339. ERN. Vid. etiam *Cel.* CLERICI *Art. Crit. P. II. S. I. C. X. R. IX* §. 8. Hrn. Breitingers Critiſche Dichtkunſt, *Tom. II. p.* 364.

v. 303.

Ἀμφὶ; circum *Achillem.*

v. 308.

Μενέω, expectabo.

Δύντα – ἐς ἠέλιον] ἕως ἡλίου δυσμάς. *Schol.*

v. 309.

Ἀποσκεδάζω, diſſipo, diſpello. *h. l.* dimitto.

v. 312.

Πυκινῶς *hic* aſſidue.

v. 313.

Πρὶν πολέμου στόμα δύμεναι, antequam prælii aciem ſubiret. Vid. PALAIR. *ad Luc. XXI.* 24. Καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας.

v. 314.

Ἀδινῶς ἀνενείκατο, crebros ex imo pectore trahebat gemitus.

Ἀδινῶς, confertim. 2.) miſerabiliter. 3.) ſenſim, paullatim. ab ἀδινός. *B.* 87.

Ἀνενείκατο, *ſcil.* φωνὴν, emiſit vocem, *vel* edidit gemitus. Supplet *Muſæus*, *v.* 172.

Ὀψὲ δὲ Λειάνδρῳ γλυκερὴν ἀνενείκατο φωνὴν,

Tandem autem Leandro ſuavem (*hanc*) emiſit vocem, (*Hero.*)

Eſt autem aor. 1. ind. Med. *Jon.* & *Poët.* pro ἀνηνέγκατο, v. ἀναφέρω, pro ἀνενέγκω, emitto, tollo.

v. 315.

v. 315.

Ἦ ῥά νύ μοι ποτὲ καὶ σὺ, Certe mihi olim & tu] Arripit denuo occaſionem lamentandi Achilles Patroclum fatis commodam. Invitatus enim a ſex illis Heroibus ad edendum, erupit in querelas, a re præſenti exorſus; quaſi dicat: Non eſt fas, me in edendo occupari, cui Patroclus deeſt, amicus ille meus, qui mihi ſæpius prandium adornabat ſimili tempore, videlicet ſi quando nobis in prælium erat prodeundum. Hinc pergit & domeſticos præterea luctus commemorat, patris nimirum, quem ante mortuum aut morti proximum ſua fata lugentem miſeratur, & cetera, quæ ſequuntur. SPOND.

Δυσάμμορος, ου, ὁ, ἡ, infelix, qui fata habet difficilia. ex δυς & μόρος, fatum.

v. 316.

Λαρὸν παρὰ δεῖπνον ἔθηκας, lautum jentaculum apponebas.

v. 317.

Σπερχοίατ', feſtinarent. v. σπέρχω. Λ. 110.

v. 318.

Ἐφ' — φέρειν πολύδακρυν ἄρηα, inferre lacrymabile bellum.

v. 320.

Ἔνδον ἐόντων, intus licet ſint.

v. 321.

Σῇ ποθῇ, Tui deſiderio.

v. 323.

Πȣ, fortaſſe.

v. 325.

Ῥιγεδανῆς Ἑλένης] Plut. de aud. Poët. p. 22. ῥιγεδανὸς, κακοθάνατός ἐστι. Δάνον γὰρ οἱ Μακεδόνες θάνατον καλȣ͂σι. Aliter Etymol. M. in h. v. cui δανος eſt mera ſine ſenſu terminatio: ubi male laudatur Il. Γ. ERN.

- Ῥιγεδανὸς, ἡ, ὸν, horribilis, horrorem incutiens: quem omnes exhorrent: inviſus: odioſus: pernitioſus. ex ῥῖγος, τὸ, rigor, frigus; & δανος.

v. 326.

Ἠὲ (διὰ) τὸν, ὃς Σκύρῳ κ. τ. λ. Vel (*propter*) illum, qui in Scyro &c.] Peleus, cum intellexiſſet, ceteros Græcos in Trojam expeditionem adornare, dicitur filium

Achillem ad Lycomedem, regem Scyri, inſulæ unius ex Cycladibus, miſiſſe, ut illic habitu muliebri inter virgines occultaretur, & ſic fatum effugeret, quod illi impendebat, ſi ad Trojam cum reliquis proficiſceretur. Apud eum Regem quamdiu fuit, dicitur illius filiam Leidamiam compreſſiſſe, ex qua Neoptolemum iſtum, de quo in præſentia Achilles meminit, ſuſcepit. Vide *Statii Achilleidem.* SPOND.

Σκύρῳ – ἐνιτρέφεται, in Scyro nutritur.

v 328.

Ἐώλπει, ſperaverat: ſperabat. Attici Temporali augmento Syllabicum inſuper præponunt. — Huc refer εἴκω, *ſimilis ſum:* ἔλπω, *ſpero:* ἔργω, *facio:* quæ Attice ſua Præterita Media augent præpoſito ε: ut, ἔοικα pro οἶκα. ἔολπα, ἔοργα. — Et hæc in Plusquamperfecto augentur præterea in medio: ut, ἐώλπειν, *ſperaveram*, ἐώργειν, *feceram*, ἐῴκειν, *ſimilis fueram.* WELL. *Gramm. p.* 160. *N.* 2. FISCH. *Anim. p.* 181.

v. 329.

Ἀπὸ, longe ab—.

v. 330.

Αὐτȣ̃, hic.

Ἐνὶ Τροίῃ] Non *in Troja*, ſed *ad*, *prope Trojam*, ut ſupra ἐνὶ πυρὶ, ἐν ποταμῷ, & alia. ERN.

v. 332.

Σκυρόθεν, e Scyro.] Σκῦρος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων. *Schol.*

v. 333.

Δμὼς, ὸς, ὁ, ſervus, miniſter.

v. 334.

Καλὰ πάμπαν, prorſus, omnino.

v. 335.

Ἀκαχῆσθαι, triſtari; affligi. præt. infin. Paſſ. *Jon.* pro ἠκαχῆσθαι, v. ακαχέω, triſtitia afficio.

v. 336.

Ἐμὴν — de me —.

v. 340.

Ἄρα] *Eo modo, quo dixi* —.

v. 342.

v. 342.

Τέκνον ἐμὸν, Filia mea.

Ἀποίχεαι ἀνδρὸς ἐῆος, deſeris virum bonum.

v. 343.

Μέμβλεται, curæ eſt. *pro* μεμέληται. item μέμβλετο, *pro* μεμέλητο, curæ erat. *Sync.* & *Pleonaſm.* τῦ β. *aut ex* μέμβλω, *idem quod* μέλω, *ex eoque factum.*

v. 346.

Ἄπαστος, ε, ὁ, ἡ, jejunus, impaſtus. ex α pr. & πάω, guſto, veſcor.

v. 348.

Στάζον, Inſtilla.

v. 350.

Ἅρπη, ης, ἡ, falx. 2.) *h. l.* harpa, *avis quædam rapax, aquilæ ſimilis.* ab ἁρπάζω.

Λιγύφωνος, ε, ὁ, ἡ, *idem quod* λιγύφθογγος, ε, *B.* 50.

v. 351.

Οὐρανῦ ἐκκατέπαλτο, E cœlo deſiliit. *pro* ἐκκατεφάλλετο.

v. 354.

Ἀτερπὴς, ἐος, ὁ, ἡ, inſuavis, injucundus, peracerbus. ex α pr. & τέρπω, delecto.

v. 357.

Διὸς ἐκποτέονται, a Jove devolant. ἐκποτέομαι, ῦμαι, evolo. ex ἐκ & ποτέομαι, volo, as.

v. 359.

Λαμπρὸν γανόωσαι, lucidum renitentes, clare ſplendentes.

v. 360.

Νηῶν ἐκφορέοντο, E navibus ferebantur.

v. 361.

Κραταιγύαλος, ε, ὁ, ἡ, firmus, fortis. ex κραταιὸς & γύαλον, cavitas.

v. 366.

Ἐν — δῦν', penitus ſubiit.

v. 367.

Ἀρα] *Ut dictum eſt* — *v.* 364.

v. 372.

Ἂρ] *Deinceps* —.

E 5 v. 374.

v. 374.

Τῦ δ' ἀπάνευθε σέλας γένετ', ejus autem in longinquum fulgor ibat.

Μήνη, ης, ἡ, luna.

v. 375.

Ἐκ πόντοιο — φανείη] *E ponto flamma relucet*, vertit Clarkius, quaſi in aqua maris videant relucentem flammam. Sed eſt potius, *in mari nautis flamma cernitur.* Surgit enim e monte, late conſpicuo. Sic ἐξ ἐπιπολῆς eſt *in ſuperficie.* Ἀπὸ γῆς vel ἐκ γῆς, *in terra*, de quo egregia obſervatio eſt Dorvillii ad Chariton. p. 106. ERN.

v. 377.

Σταθμῷ ἐν οἰοπόλῳ, Loco in ſolitario.

v. 382.

Περισσείοντο, quaſſabantur: circum movebantur.

v. 381 — 383.

Criſta ut plurimum pennis aut pilis ex cauda vel juba equina detonſis compta erigebatur; idcirco memoratur λοφος ἱππιοχαίτης, κόρυς ἱπποδάσεια, ἵππουρις. Ita Hom. *h. l.*

— — ἡ δ' ἀστὴρ ὡς ἀπέλαμπεν
Ἵππουρις τρυφάλεια· περισσείοντο δ' ἔθειραι
Χρύσεαι, ἃς Ἥφαιστος ἵει λόφον ἀμφὶ θαμειάς.

— — *hæc autem tanquam ſtella refulgebat*
Setis equinis comans galea: circum autem movebantur crines
Aurei, quos Vulcanus poſuerat criſtam circum frequentes.

Vulgares milites criſtas minores geſtabant; præcipui vero præfecti ac viri genere clari majoribus plumis eminebant, & non raro duabus, tribus, quatuorve gloriabantur. *Suidas* contendit, Geryonem tricipitem apud Poëtas celebrari hac ſola de cauſa, quod ejus galea tribus criſtis decorata eſſet. *Virgilius* callidem Turni ad hunc morem deſcribit, addita figura Chimæræ, *Æneid. Lib. VII. v.* 785.

Cui triplici crinita juba galea alta Chimæram
Suſtinet. — — — —

Hujusmodi galea appellabatur τρυφάλεια, plumis in orbem cincta ἀμφίφαλος: quatuor vero adornata τετράφαλος. Sic *Apollonius Argonaut. Lib. II. v.* 922.

Τετράφαλος φοίνικι λόφῳ ἐπελάμπετο πήληξ.
Effulgebat impoſita cum quatuor bullis & criſta rubra caſſis.

His

His utebantur Veteres ad terrorem hoſti incutiendum; hinc Homeri verba, *Iliad.* Γ. 337.

— δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν·

— *horribiliter autem criſta deſuper nutabat.*

Eundem in finem Pyrrhus Rex Epiri, præter faſtuoſam criſtam, capri cornua in caſſide geſtabat, ut refert *Plutarchus* in *Pyrrho.* Non inficior, *Suidam* nos docere, quod τρίχωσις aut ipſa criſta frequenter vocetur κέρας. POTT. *Tom. II. p.* 23. *ſq.*

v. 384.

Πειρήθη, *ſeq. Genit.* Tentabat. *ſeq. Acc.*

v. 385.

Εἰ οἱ ἐφαρμόσσειε, An ſibi apta eſſent. ἐφαρμόζω, accommodo, adapto, concinno. 2.) congruo, convenio, quadro.

Ἐντρέχοι, faciles in iis moverentur. (artus.) v. ἐντρέχω, curro inter—. 2.) *h. l.* convenio, quadro.

v. 386.

Τῷ δ' ἠΰτε πτερὰ γίνετ', Ei vero tanquam alæ erant.] Quelle poëſie! Homere ſembloit avoir épuiſe tous les miracles ſur ces armes, en voici encore un nouveau. Bien loin d'être peſantes, elles ſont comme des aîles qui élevent ce Héros & le rendent plus diſpos & plus leger. Et tout ce miracle, c'eſt pour dire poëtiquement une choſe très-ſimple, que ces armes ſont ſi juſtes & ſi proportionnées à la taille d'Achille, qu'elles ne l'embarraſſenr point du tout. DAC.

Ἄειρε, attollebant.

v. 387.

Ἀρχε] *Deinceps.*

Σύριγξ, ιγγος, ἡ, *h. l.* theca, vagina *ſeu* receptaculum haſtæ.

v. 393.

Ἀμφὶ — ἔσαν, circumpoſita erant.

Ἐν — ἔβαλον, immiſerunt.

Χαλινὸς, ῦ, ὁ, frenum, habena.

v. 394.

Κατὰ — τεῖναν, extenderunt.

v. 398.

v. 398.

Τεύχεσι παμφαίνων, ὥς' ἠλέκτωρ ὑπερίων, Armis collucens, tanquam fulgidus ſol.] Après ce qu'il a dit de l'éclat de la cuiraſſe & de celui du bouclier, tout cela raſſemblé ſur Achille, qui eſt ſur ſon char, doit le faire paroître comme le ſoleil dans ſon char environné de lumiere. Cela eſt très-ſuivi, & Homere eſt venu à cette comparaiſon par dégrez & avec beaucoup de juſteſſe. DAC.

v. 400.

Τηλεκλυτὰ τέκνα, inclyta ſoboles.

v. 401.

Σαωσέμεν, ſalvum referre.

v. 402.

Ἑῶμεν πολέμοιο, ſatiati fuerimus pugna. *ἑῶμεν pro ὦμεν,* Pleonaſmo τȣ̃ ε, ab *inuſit.* ἔημι, ex ἕω. ſignificat autem *idem quod* πληρόω, ſatio, impleo.

v. 404.

Τὸν δ' ἄρ' ὑπὸ ζυγόφιν προσέφη πόδας αἰόλος ἵππος, Hunc autem ſub jugo allocutus eſt pedibus celer equus,] Omnium abſurdiſſima maximeque ridicula Achillis equi fabula more hominum loquentis viſa eſt iis, qui penitiores Homericæ ſapientiæ receſſus pervadere non valent; verum id non Homero vitio vertendum eſt, ſi a quibusdam non intelligitur, ſed ipſorummet inſcitiæ imputandum, qui illum non intelligunt. Rem igitur ad eos erudiendos paulo accuratius expendamus. Achillis equus, cui nomen Xanthus, interfecto Patroclo, quem ille curru vehebat, graviter a Domino increpatus, quod non ſervaſſet incolumem, Junonis ope, quæ vocem ei tribuit ſonis diſtinctam, erumpit in verba, & a ſe ipſo objectum crimen amolitur; mox vero furiæ, non autem Juno, quo minus amplius loquatur, inhibent, eique, ut Plautino verbo utar, vocem occludunt. Ac *primum* quidem hominum mores vocemque non ſolum brutis animantibus, ſed rebus etiam ſenſu carentibus affingere, cum Poëtæ tum Oratores ipſi ſolenne habent. Cujus rei vel ipſæ Divinæ Litteræ præbent exempla, ut verbi gratia lepidiſſimum illum cardui cedrique apologum, (4. *Reg.*

Digitized by Google

(4. *Reg.* 14.) illumque alium non minus elegantem de arboribus Regem ſibi poſtulantibus, (*Jud.* 9.) *Deinde* fama vulgo accepta omniumque ſermone celebrata, Phryxi arietem olim eſſe locutum, ferebat. *Præterea* Achillis equi genere erant immortales, ut idcirco non ſine decoro mente intelligentiaque præditos Vates fingat. *Poſtremo* probabile ducimus, veram aſinæ Balaami hiſtoriam, (*Num.* 22.) quæ aliquando divino miraculo locuta erat, Homerum non latuiſſe, ad ejusque ſimilitudinem fabulam hanc commentum eſſe. Eritne igitur ſannis excipienda, & ineptis futilibusque anicularum fabellis accenſenda, an potius ut ſapientis ingenii nobile inventum demiranda? Sed quod ad rem noſtram facit, argumentumque, quod nunc tractamus, confirmat, mecum perpendite, — equo illi facultatem quidem loquendi ab Junone tributam, at non item mox ab ea ereptam eſſe. Quomodo enim Juno, quæ utpote Dea aëris vocem creat, vocem deſtrueret? Deſtruant ſane, & in faucibus opprimant Furiæ; quandoquidem tam funeſta res eſt vocis extinctio, ut nonniſi Furias deceat tetrum miniſterium illud obire. *Accedit* ad hæc, quod juxta Ethnicorum theologiam quidquid adverſus naturam fieret, ejusque firmatas leges offenderet, illud e medio tollere, atque ex hominum ſocietate eliminare, pertineret ad Furias. Quapropter cum nihil ſceleſtius naturam pervertat & peſſumdet, quam mors parentibus a liberis illata, (quod facinus omnium eſt immaniſſimum ac teterrimum; omnia enim divina atque humana jura perfringit,) eos, qui patrarint, tradiderunt Poëtæ, a Furiis flagello tædisque inſtructis exagitari, quæ nuſquam illos conſiſtere patiantur, eo nempe Deorum conſilio, ut ceteri omnes a tanto ſcelere deterreantur. Quanquam, ut recte interpretatur *Cicero*, (*Orat. pro S. Roſc. Amer*) Furiarum nomine ſincera ſignificatione furor ille intelligendus eſt, qui patricidas conſequitur, inteſtinusque vindex juſto plectit ſupplicio. *Nolite enim putare*, inquit, *quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos, qui aliquid impie ſcelerateque commiſerint, agitari & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus & ſuus terror maxime vexat; ſuum quem-*

que

que ſcelus agitat, amentiaque afficit; ſuæ malæ cogitationes conſcientiæque animi terrent. Hæ ſunt impiis aſſiduæ domeſticæque Furiæ, quæ dies noctesque parentum pœnas a conſceleratiſſimis filiis repetunt. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. II. p. 79. ſqq.*

v. 405.

Ἤμυσε καρήατι, inclinavit caput, *vel* nutavit capite.

Κάρηαρ, ατος, τὸ, caput.

v. 407.

Αὐδήεις, ήεσσα, ῆεν, voce præditus, vocalis. ab αὐδὴ, ῆς, vox.

Ἔθηκε, reddidit.

v. 411.

Βραδυτὴς, ῆτος, ἡ, tarditas, cunctatio. 2.) ſegnities.

Νωχελία, ας, *Jon.* η, ης, ἡ, ſegnitia, ſocordia, tarditas, languor. a νωχελὴς, έος, ὁ, ἡ, tardus, ſegnis.

v. 412.

Ἕλοντο, detraxerunt.

v. 415.

Καί κεν ἅμα πνοιῇ Ζεφύροιο θέοιμεν, vel flatum Zephyri curſu æquaremus.

v. 417.

Θεῷ τε καὶ ἀνέρι ἶφι δαμῆναι, a Deoque & viro vi domari.] Puiſqu'il avoit fallu qu'Hector fût aidé par un Dieu pour tuer Patrocle, à plus forte raiſon Achille, plus vaillant que Patrocle, ne pourra-t-il être tué par un homme ſeul. DAC.

v. 418.

Ἔσχεθον αὐδὴν, inhibuerunt vocem.

v. 422.

Ἀλλὰ καὶ ἔμπης, attamen.

v. 423.

Πρὶν Τρῶας ἅδην ἐλάσαι πολέμοιο, antequam Troës abunde ſatiaverint ſe pugna, *vel* ſatis exegerint pugnæ.

v. 424.

Ἐν *hic* inter.

Ἔχε, dirigebat.

IN Υ. ILIADIS.

v. 3.

Θρωσμὸς, ȣ̃, ὁ, tumulus, locus eminens *vel* editus, *qui velut e terra ſubſilit.* a θρώσκω, ſalio.

v. 4.

Θέμιςα] ἀντὶ τȣ̃, Θέμιν, δικαιοσύνην· ἥτις ἐςὶ μία τῶν Τιτανίδων. *Schol.*

Homerus *h. l.* Themidem refert juſſu Jovis Deos ad concionem vocare, & in *Hymno in Jovem* ſeorſum cum Jove ſedere & crebros cum eo miſcere ſermones. *Quintus Calaber Lib. XII.* eandem narrat Deorum pro Trojanis & Achivis pugnantium contentionem diremiſſe. HOMBERGK *Themis. p.* 51.

Deorum concilia diverſorum generum fuiſſe conſtat ex notiſſimis *Virgilii* verſibus. *Georg. Lib. I. v.* 25.

Tuque adeo quem mox quæ ſint habitura Deorum
Concilia incertum eſt. — — — —

Tria potiſſimum videntur fuiſſe : *primo* omnium omnino Deorum, Cœleſtium, Marinorum, Fluvialium & Sylveſtrium. ita *h. l.*

Ζεὺς δὲ Θέμιςα κέλευσε Θεȣ̀ς ἀγορήνδε καλέσσαι,
κ. τ. λ.

Plura apud *Hom.* aliosque ſuppetunt exempla : *Secundo* videtur concilium fuiſſe ex duodecim majorum gentium Diis cum octo Selectis ita dictis a *Varrone* in *fragm. p.* 41. *Tertio* denique *loco* Cenſentes, ſive illi duodecim majorum gentium Dii, ſoli convocabantur, illique Jovis conſilium conſtituebant. D'ARNAUD *de Diis* Παρέδροις *Comment.* (*p.* 10. *ſq.*) cujus Synopſin exhibet *Cel.* J. ADOLF SCHLEGEL ad ANT. BANIERII Erläuter. der Götterlehre ꝛc. *Tom. I. p.* 979. *ſqq.* Vid. etiam *Ejusdem Tom. III. p.* 232. *ſqq.*

v. 5.

Ἄρα] *Proinde, ut juſſerat Jupiter* —, *v.* 4. CLARK.

v. 7.

Νόσφι *h. l.* præter.

v. 9.

v. 9.

Πῖσος, εος, τὸ, locus humidus & irriguus, hortus, pratum: *quaſi* qui poſſit πίσαι, *i. e.* potum præbere. a πιπίσκω, potum præbeo. *quod* a πίνω.

v. 13.

Διὸς ἔνδον, apud ædes, *vel* in ædibus Jovis.

'Αγηγέρατο, congregati erant: congregabantur. 3. plur. plusq. perf. ind. Paſſ. *Att.* & *Jon.* pro ἠγερμένοι ἦσαν. v. ἀγείρω, congrego.

v. 14.

Νηκουστέω, ῶ, *cum Genit.* non audio *quem. h. l.* non pareo *cui.* ex νὴ & ἀκούω. pro ἀνηκουστέω, quo utitur Homerus *Il. O. v.* 236.

v. 15.

'Εξείρετο, interrogabat.

v. 22.

Μενέω πτυχὶ, manebo in cacumine. πτὺξ, χὸς, ἡ, *h. l.* cacumen montis.

v. 23

'Οι δὲ δὴ ἄλλοι Ἔρχεσθ', at jam vos ceteri Abite.

v. 25.

Ὅπῃ νόος ἐστὶν ἑκάστου, prout animus fert cujusque.

v. 27.

Ἔχω *hic* ſuſtineo.

v. 28.

'Υποτρομέεσκον,] *Contremiſcere ſolebant.* Vide ſupra ad *B.* 221. CLARK.

v. 29.

Θυμὸν ἑταίρου χώεσθαι, animo ob ſocium iraſcitur.

v. 30.

'Υπὲρ μόρον, præter fatum.] Vide infra ad *v.* 336.

v. 32.

Βὰν δ' ἴμεναι] Facta ſibi pro ſuis bellandi poteſtate, prodeunt jam Dii, ſeque in ſuas partes bifariam recipiunt: nimirum quinque ad Græcos, ſex ad Trojanos migrant. Illi ſunt, Juno, Minerva, Neptunus, Mercurius, Vulcanus: cui opponuntur ex adverſo, ut ipſe Poëta *in ſequentibus* exponit, Diana, Mars, Apollo, Latona,

Latona, Xanthus. Sexta autem numero Venus, numero tantum eſt: nam ad bellica munia inepta, ut olim ipſi objecit Jupiter; unde lepide in illam *ſequenti Libro* jocabitur Minerva cum Junone, quod Marti voluerit auxiliari. SPOND.

Δίχα θυμὸν ἔχοντες, diſcordibus animis.

v. 34.

Ἐριούνης, ου, ὁ, valde utilis: utilitatum auctor. *Mercurii* Epithet. ex ὄνημι, proſum.

v. 35.

Κέκαστο, ornatus erat.

v. 39.

Ἀκερσεκόμης, ου, ὁ, intonſus. ex α pr. κείρω, tondeo; & κόμη, coma.

Φοῖβος ἀκερσεκόμης] „Apollo chryſocomes cognominatur, a fulgore radiorum, quos vocant comas aureas „ſolis. Unde & ἀκερσεκόμης, quod nunquam radii poſ„ſunt a fonte lucis avelli. „ *Macrob. Saturnal. Lib. I. Cap.* 17.

v. 41.

Ἕως, Quamdiu.

v. 42.

Τέως, Tamdiu.

Μέγ' ἐκύδανον, magnopere ſe efferebant. v. κυδαίνω, celebro, laudo.

v. 44.

Ὑπήλυθε, ſubiit.

v. 49.

Ὅτε, aliquando, interdum.

v. 50.

Ἄλλοτ', Interdum.

Ἐρίδουπος, ου, ὁ, ἡ, valde ſonans, reſonus.

v. 53.

Καλλικολώνη, ης, ἡ, *h. l.* locus quidam amœniſſimus, Diis ſacer, juxta Simoëntem amnem. *propr.* pulcher collis, tumulus. ex καλὸς & κολώνη, ης, collis, tumulus.

v. 55.

Σύμβαλον, Commiſerunt.

Ἐν *hic* inter.

Ῥήγνυντο, irrumpere fecerunt.

v. 56.

Δεινὸν δ' ἐβρόντησε πατὴρ] Quels prodiges! dès qu'Achille paroît pour combattre, toute la nature eſt agitée, & le ciel & la terre ſemblent être les herauts de ce guerrier pour annoncer ſa marche. DAC.

v. 58.

Ἀπειρέσιος, ου, ὁ, ἡ, & ἀπειρέσιος, ια, ιον, infinitus, immenſus. ab ἄπειρος, ου, ὁ, ἡ, *idem.*

v. 59.

Πόδες *hic* radices: τὰ καταλήγοντα τῶν ὀρῶν. Μεταφορικῶς. *Schol.*

v. 61.

Ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων] Quelle Poëſie pour décrire un tremblement de terre! DAC. Vid. *Longin.* S. 9.

Ἄναξ ἐνέρων, rex inferorum. *O.* 188. ἐνέροισιν ἀνάσσων.

Ἀϊδωνεύς, έως, ὁ, Pluto, Orcus. ab ἀΐδης, ου, ὁ, *idem.*

v. 62.

Μή, *veritus*, ne.

v. 65.

Εὐρώεις, εντος, putris, ſitu obſitus *vel* ſentus. 2.) tenebroſus, obſcurus. ab εὐρώς, ῶτος, ὁ, ſitus, mucor, caries.

Θεοί περ, Dii ipſi.

v. 66.

Τόσσος ἄρα] *Tantus utique* —.

v. 67.

Ἔναντα, *adv.* contra, ex adverſa parte. *mox* Ἄντα, *idem.*

v. 70.

Ἀντέστη, *ſeq. Dat.* contra - ſtabat.

v. 72.

Σῶκος, ου, ὁ, ſervator. Epith. *Mercurii.* Ἤτοι ὁ ἰσχυρὸς· σώκειν γάρ, τὸ ἰσχύειν· ἢ σευόμενος ὠκέως, τελέσιν ὁρμῶν ταχέως. ἄγγελος γὰρ ὁ Θεός. *Schol.*

Ἐριούνιος, ου, ὁ, *idem quod* Ἐριούνης, *v.* 34.

v. 73.

Βαθυδίνης, ου, ὁ, ἡ, profundos vortices habens. ex βαθύς & δίνη, ης, vortex.

v. 74.

v. 74.

Ὃν Ξάνθον καλέουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ Σκάμανδρον.

Quem Xanthum vocant Dii, homines vero Scamandrum.] Vide ſupra ad Ξ. 291. & *A.* 403.

v. 77.

Τοῦ γάρ ῥα μάλιστα] Non hic ſupervacaneum eſt iſtud ῥα: ſed vim habet in connectenda ſententia cum eo, quod præceſſit; Σ. 91. 114. 334. CLARK.

v. 81.

Εἴσατο φωνὴν, aſſimilavit ſe voce.

v. 83.

Ἀπειλαὶ] νῦν, καυχήσεις. *Schol.*

v. 84.

Βασιλεῦσιν, ducibus.] C'eſt-à-dire, devant Priam & les Princes ſes fils. DAC.

Οἰνοποτάζων, convivans: *à table.*

Οἰνοποτάζω, vinum bibo, vino me ingurgito. ab οἰνοπότης, ου, ὁ, vini potor.

v. 91.

Ἐπήλυθεν, *cum Dat.* invaſit. *cum Acc.*

v. 92.

Λυρνησσὸν] πόλις τῶν Ὑποπλακίων Θηβῶν.] } *Schol.*
Πήδασον] ποταμὸς Ἑλλησπόντου, καὶ τόπος. }

v. 94.

Ἦ κ' ἐδάμην, Certe aliàs domitus fuiſſem —.

v. 95.

Τίθει φάος, dabat victoriam.

v. 96.

Λέλεγας] τοὺς ἐν Ἑλλησπόντῳ ἀπὸ τῆς Θεσσαλίας πρώτους κατοικήσαντας. *Schol.*

v. 97.

Οὐκ ἔστ' — ἀνδρα μάχεσθαι, non poteſt — vir *mortalis* pugnare.

v. 98.

Πάρα, adeſt.

v. 100.

Πρὶν χροὸς ἀνδρομέοιο διελθέμεν, Antequam corpus humanum tranſadegerit.

v. 101.

Ἶσον τείνειεν πολέμου τέλος, Æqualem traheret lancem victoriæ.] ἴσον ποιήσειε τὸ τέλος τοῦ πολέμου, μηδὲ ἑτέρῳ βοηθῇ. *Schol.*

v. 102.

Νικήσει, Vinceret.

Παγχάλκεος, ου, ὁ, ἡ, totus æreus. ex πᾶν & χαλκός.

Εὔχεται εἶναι, glorietur eſſe: ſit.

v. 105.

Εὔχεο, *cum Dat.* Precare.

v. 106.

Ἐκγεγάμεν, *Ex* — Natum eſſe. præt. infin. Med. *Poët.* pro ἐκγεγαέμεν, quod *Dor.* dicitur pro ἐκγεγαέναι. v. ἐκγείνομαι, naſcor.

Κεῖνος δὲ χερείονος ἐκ θεοῦ ἐστίν, ille vero ex inferiori Dea *natus* eſt.] Il paroît par cet endroit d'Homere que les hommes ont toujours été entêtez de la naiſſance; mais il paroît auſſi que ce Poëte a voulu faire entendre par cet exemple bien ſenſible, que le plus de naiſſance ne marque pas toujours le plus de vertu. Le fils de Thetis étoit bien ſuperieur au fils de Venus. DAC.

v. 107.

Διὸς ἐσθ', *ex* Jove eſt.

v. 109.

Ἀρειά, ᾶς, *Poët.* ἡ, ῆς, minæ. ab ἀρά, imprecatio.

v. 115.

Φράζεσθον, Conſiderate.

Ποσείδαον, Neptune.

v. 116.

Ὅπως ἔσται τάδε ἔργα, quomodo ſe habitura ſint hæc opera.

v. 118.

Ἀνῆκε, impulit.

v. 119.

Ἀποτρωπῶμεν ὀπίσσω, avertamus retro.

v. 125.

Κατήλθομεν, de — deſcendimus.

Ἀντιόωντες τῆσδε μάχης, interfuturi Huic pugnæ.

v. 126.

Πάθησι, patiatur.

v. 127.

Πείσεται, patietur.

Ἅσσα οἱ αἶσα Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, &c. quæcunque ei Parca Naſcenti nevit lino, &c.] Hic verſus repetitus Ω. 210. varie multorum imitatione expreſſus eſt. v. c. Spanh. ad Callim. H. in L. P. 104. ERN.

v. 129.

Ἐκπεύσεται ὀμφῆς, didicerit ex voce.

v. 131.

Χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς,

Terribiles nempe Dii, quum apparent manifeſti.

Ἐναργὴς, έος, ὁ, ἡ, clarus, evidens, manifeſtus, perſpicuus. ab ἀργὸς, albus.

v. 133.

Παρὲκ νόον, temere.

v. 134.

Ἔριδι ξυνελάσσαι, ad certamen committere,

v. 137.

Πάτος, ου, ὁ, via.

Ἐκ πάτου ἐς σκοπιὴν, πόλεμος κ. τ. λ. *Laiſſons ces mortels décider leurs differents, & nous éloignant du champ de bataille, retirons-nous ſur cette eminence pour n'être que ſpectateurs du combat.* DAC.

v. 138.

Ἄρχησι μάχης, incipiat pugnam.

v. 139.

Ἴσχω, inhibeo.

v. 140.

Παρ' αὐτόφι, e veſtigio.

Ὀρεῖται, orietur.

v. 141.

Διακρινθέντας, decreto *eos* prælio.

v. 142.

Ἂψ ἴμεν, Redituros.

Ὀμήγυρις, εως, ἡ, cœtus, multitudo hominum congregatorum. ex ὁμοῦ & ἄγυρις, εως, ἡ, *idem.*

v. 145.

Ἀμφίχυτος, ου, ὁ, ἡ, circumfuſus. 2.) *h. l.* terra adgeſta utrinque munitus. ex ἀμφιχύω, circumfundo.

In univerſum *Homerus* civitates εὐπύργους, εὐτειχέας, vocat, *ob turres mœniaque, quibus munitæ. Iliad. VII.* 71. *A.* 129 &c Solitum autem aggerem e terra muris accumulari, exemplo Trojæ, cui *h. l.* ἀμφίχυτον τεῖχος, *murus aggere factus*, tribuitur. FEITH. *L. IV. C. XIII. §. I.*

v. 146.

Τό ῥα] *Quem ſcilicet* —.

v. 147.

Ὑπεκπροφεύγω, clam profugio, effugio.

Ἀλέοιτο, evitaret.

v. 148.

Σεύαιτο, perſequens ageret.

v. 150.

Ἀμφὶ — ἕσαντο, circumdederunt.

v. 151.

Ὀφρύς, ύος, ἡ, tumulus, *i. e.* collum, jugum montis.

v. 152.

Ἤϊε Φοῖβε] Ἄπολλον τοξικὲ, ἀπὸ τοῦ ἱέναι. *Schol.*

Ἤιος, ία, ιον, jaculandi peritus: arcitenens. ab ἵημι. O. 365.

v. 153.

Ῥ'] *Ut jam dictum eſt* — *v.* 149. 151. CLARK,

Καθείατο, *Al.* καθήατο, ſedebant.

v. 154.

Ἀρχέμεναι, *cum Gen.* incipere.

Δυσηλεγής, έος, ὁ, ἡ, moleſtam habens dormitionem. 2.) *h. l.* moleſtus, gravis. ex δυς & λέγομαι, cubo, dormio. *Vel* ex δυς & ἀλέγω, curo.

Δυσηλεγέος πολέμοιο] δεινοῦ, χαλεποῦ, δυσκόλου. Ἄλλως, δυσηλέγεος.] κακοκοιμήτου· οὐκ ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ κοιμηθῆναι· ἢ κακὰς ἔχοντος φροντίδας. *Schol.*

v. 155.

Ὤκνεον, Pigrabantur. v ὀκνέω, ῶ, piget me. 2.) vereor, non audeo, dubito, timeo. ab ὄκνος, ου, ὁ, pigritia: metus.

Κέλευε, inſtigabat.

v. 157.

v. 157.

Καρκαίρω, reſono, ſonitum edo. 2.) pulſatus vibro *vel* tremo.

v. 158.

Ὀρνυμένων ἄμυδις, Concurrentium ſimul.

v. 162.

Νευστάζω, nuto, caput concutio. a νεύω, nuo: nuto.

Θοῦριν] ἤτοι, πολεμικήν· ἤ, εὐκίνητον καὶ κούφην τῷ φοροῦντι. *Schol.* ad Λ. 32.

v. 164.

Λέων ὣς σίντης, ὅν τε] Vid. Hrn. Breitingers Critiſche Dichtkunſt, *Tom. I. p.* 38. *ſq.*

v. 165.

Σίντης, ου, ὁ, noxius, exitialis. a σίνω, noceo, lædo.

v. 166.

Ἀγρόμενοι, πᾶς δῆμος, Congregati, totus pagus.

Ἀτίζω, vilipendo; contemno. ex α pr. & τίω, honoro.

v. 168.

Ἑάλη, contorquet ſe: ſe convertit. *N.* 408.

v. 170.

Οὐρὰ, ᾶς, *Jon.* ἡ, ῆς, ἡ, cauda.

v. 171.

Μαστίεται, Verberat.

Ἓ, ſe.

v. 172.

Γλαυκιάω, *Poët.* γλαυκιόω, glaucis oculis terribiliter intueor. a γλαυκὸς, ἡ, ὸν, glaucus, cæſius.

Φέρεται μένει, fertur furore.

Ἤν τινα πέφνῃ, ſi quem occidere poſſit.

v. 178.

Τόσσον ὁμίλου πολλὸν ἐπελθὼν, tantum agminum ſpatium permenſus.] Solet in monomachiis Poëta inducere Heroas primum verbis, deinde re ipſa diſceptantes. Unde tam longa oritur inter Achillem & Æneam confabulatio. Primum Achilles Æneæ audaciam demiratus, quod adverſum ſe non vereretur congredi, ſuſpicatus rei alicujus ingentis propoſito præmio eum ſic fuiſſe incitatum, rogat an aliquod e duobus ſit, ut ei nimirum ſpem

regni fecerit ea conditione Priamus, ut ſecum congrederetur, vel agrum illi in mercedem Trojani idcirco ſint polliciti. Ea ſic ἐξονειδίζει Achilles: Ne crede, *inquit*, Ænea, tam vacuum a mente futurum Priamum, ut, tot ſibi ſuperſtitibus filiis, quibus jure regni debetur hæreditas, ſceptro ſe in tui gratiam ſpoliet. Proinde vana & futilis eſt illa tua exſpectatio, & male omnino illud tibi eventurum ſperas, hoc etiam dato, ut me viceris. Idem de agro tibi ſentiendum eſt. Ecquid enim ab eo victoriam te reportaturum confidis, cujus tu fortitudinem jam ſemel expertus es, cum me fugeres, & tamen, niſi te Jupiter ſervaſſet, mea manu concidiſſes? *quaſi dicat*: Deberes ex alieno periculo fieri ſapientior & cautior; quanto magis ergo ex proprio oporteret? Hæc cum ita ſint, jubeo ut ſalvus & incolumis ad tuos redeas, antequam cum tuo incommodo meum robur experiaris. Re autem jam confecta ſapere, ſtulti eſt plane hominis & imprudentis. SPOND.

v. 181.

Τιμῆς τῆς Πριάμου, Dignitate, qua Priamus. *Schol.* ἕνεκεν τῆς βασιλείας· ἀντιφέρει γὰρ, Οὐτοι τοὔνεκά γε Πρίαμος γέρας.

v. 182.

Τοὔνεκα, propterea.

Γέρας ἐν χερσὶ θήσει, præmium in manibus ponet.

v. 183.

Ὁ δὲ ἔμπεδος, ipſe autem conſtans: ſanus.

Ἀεσίφρων, ονος, ὁ, ἡ, ventoſus, levis, inconſtans. 2.) ſtultus, temerarius. 3.) vanus. ex ἄω, flo, ſpiro; & φρὴν, mens.

v. 184 — 186.

Duces olim *ſoliti militibus præmia polliceri*, ut ad bellica certamina vehementius concitarentur. Vid. *Il. XVII.* 229. *ſqq.* *Il. VIII.* 289. Apud *Virgilium*, *Æneid. IX.* 274, Aſcanius Niſo promittit, ſe excepturum ei ex præda arma Turni, aliaque complura fortitudinis præmia conceſſurum. In iis etiam ponetur

— — *campi quod rex habet ipſe Latinus.*

Nempe

Nempe τέμενος, quale apud *Homerum* ſæpius fortiſſimo cuique viro decernitur; peculiariter *h. l.* ubi Achilles petit ab Ænea, num ad ſe cædendum venerit ſpe τεμένεος a Trojanis promiſſi:

Ἦ νύ τί τοι Τρῶες τέμενος τάμον, ἔξοχον ἄλλων,
Καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμηαι,
Αἴκεν ἐμὲ κτείνῃς; — — —

An aliquem tibi Trojani agrum diviſuri ſunt, eximium præ ceteris,
Commodum conſitis arboribus & aratione, ut fruaris,
Si me interfeceris? — — —

Extant id genus alia pene infinita, non ſolum apud Græcos, ſed apud Romanos aliosque populos, quibus, veluti facibus, militum virtutem Duces accenderunt. FEITH. *L. IV. C. XVI. §. VII.*

v. 186.

Ἔολπα] *Spero*; non *ſperavi.* Vide ſupra ad *P.* 240. & ad *N.* 736. CLARK.

v. 189.

Σεῦα, fugavi, repuli. aor. 1. Ind. Act. *Jon.* pro ἔσευα; v. σεύω, agito.

Κατὰ *hic* a, de.

v. 190.

Μεταϛρεπαλίζεο, convertebaris. pro μεταϛρεπαλίζου. v. μεταϛρεπαλίζομαι, convertor.

v. 192.

Μεθορμηθείς, aggreſſus. v. μεθορμάω, ῶ, incito in —; 2.) cum impetu irruo.

v. 193.

Ληϊάς, άδος, ἡ, prædando capta, captiva. a ληΐη, ης, ἡ, præda. *Jon.* pro λεία.

v. 195.

Ἐρύεσθαι, ſervaturos.

v. 201.

Ἔλπεο, Speres.

Δειδίξεσθαι, *te* territurum.

v. 202.

Κερτομία, ας, ἡ, maledictum, maledicentia. a κέρτομος, ε, ὁ, conviciator.

v. 204.

Πρόκλυτος, ου, ὁ, ἡ, ante divulgatus, jam olim dictus, præauditus, præcognitus. a προκλύω, ante audio *ſeu* cognoſco.

v. 207.

Ἁλοσύδνη, marina Nympha. *h. l.* Epith. *Thetidis:* aliquando *Nereidum*, aliquando *Amphitrites*. Fit ab ἅλς, *Gen.* ἁλὸς. hinc ἁλόσυνος, ἁλοσύνη, & *per pleonaſm.* τοῦ δ, ἁλοσύδνη.

v. 209.

Εὔχομαι ἐκγεγάμεν, Profiteor prognatum eſſe.

v. 210.

Ἕτεροι, alterutri.

Ἕτεροί γε] Eandem hic vim habet particula γε, ac vox Latina *ſaltem*. CLARK.

v. 216.

Κτίσσε, Condidit *is.* pro ἔκτισε, v. κτίζω, condo, ædifico.

v. 217.

Πεπόλιστο, ædificata erat. v. πολίζω, urbem condo, urbem ſtatuo.

v. 218.

Ἔθ' *pro* ἔτι, adhuc.

Ὑπώρεια, ας, ἡ, ima montis pars, pes *ſeu* radix montis. ex ὑπὸ & ὄρος, mons. *Dor.* ὤρος.

v. 221.

Ἕλος κάτα, per paluſtria. ἕλος, εος, τὸ, palus, aqua paluſtris cæno mixta.

Βουκολέοντο, paſcebantur. v. βουκολέω. *E.* 313.

Τρισχίλιαι] Apud *Maximum Tyrium*, τρισχίλιοι. Quæ & forte melior lectio, ne ſcilicet vox, θήλειαι, in ſequenti verſu, ſupervacanea videatur, uti notavit *Barneſius*. CLARK. Non bene ratiocinantur viri docti. Genus in τρισχίλιαι non indicat ſexum equinum, qui Græci, inprimis Poëtæ, etiam de ſexu maſculino beſtiarum genus fœmininum dicunt, & quidem libentius, ut ſæpe admonitum eſt a viris doctis: de quo etiam nos diximus ad Callimach. H. in L. P. init. ERN.

v. 223.

v. 223.

Τάων, Harum *aliquas.*
Ἠράσσατο, adamavit.

v. 226.

Σκιρτῷεν, ſaltu laſcivirent. v. σκιρτάω, ſalio, exſilio.

v. 227.

Ἀνθέρικος, ου, ὁ, ἀνθέριξ, *per pleonaſm.* τοῦ ν, pro ἀθέριξ, *idem quod* ἀθὴρ, ἐρος, ὁ, ariſta, pars ſpicæ acuta. Conf. D'ARNAUD *Lection. Græc. p.* 14. *ſq.*
Κατέκλων, frangebant.

v. 229.

Ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος — in ſuperficie ſuper colliſos fluctus.
Θέεσκον, currebant : *currere ſolebant.* Vide ſupra ad *v.* 28.

v. 226 — 229.

Virgil Æneid. VII. 808. *ſqq.*
Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret
Gramina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas;
Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Fortaſſis autem *hunc locum Homeri* reſpexit *Virgilius*, ubi refert, equas Erichthonii, mortalium opulentiſſimi, pernici adeo curſu valuiſſe, ut humi currentes, ſpicam fracturæ non fuiſſent, in mari vero pedem aquis non merſuræ. Narratur item apud *Salmonem*, cervos his etiam temporibus in Siberia, canesque, tam agiles eſſe celeresque, ut, onuſta plauſtra per nivem trahentes, vix pedum ipſarumque rotarum relinquant impreſſa veſtigia. RICC. *Diſſ. Hom. Tom. II. p.* 19.

v. 231.

Τρωὸς — ἐξεγένοντο, Ex Troë — geniti ſunt.

v. 234.

Ἀνηρείψαντο, rapuerunt in cœlum. v. ἀνερείπτω, rapio, corripio. ex ἀνὰ & ἐρείπτω, everto, disturbo. *vel* pro ἐρέπτω, *pleonaſmo* τοῦ ι, edo, veſcor, *raptim ſcilicet.*
Διὶ οἰνοχοεύειν, ut Jovi pocula funderet, *vel* pocillator eſſet.

v. 237.

Ἄψ] *Deinceps.*

v. 242.

v. 242.

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε, μινύθει τε,
Ὅππως κεν ἐθέλῃσιν. ὁ γὰρ κάρτιστος ἁπάντων.

At Jupiter virtutem viris augetque, minuitque,
Prout voluerit; ille enim potentiſſimus omnium.

Pſeudodidymus ἀρετὴν exponit εὐδαιμονίαν, ἀνδρίαν. Et *Euſtath.* τὴν ἀνδρίαν, ἢ τὴν ἀρχικὴν ἐξουσίαν.

v. 246.

Ἔστι *hic* Licet.

v. 247.

Ἑκατόζυγος νηῦς *pro* ναῦς, centum transtrorum navis, centiremis. ex ἑκατὸν & ζυγὰ, transtra, ſedes remigum.

Ἄχθος, εος, τὸ, *h. l.* pondus, onus.

Ἄροιτο, ferret.

v. 248.

Στρεπτὴ δὲ γλῶσσ' ἐστὶ βροτῶν, πολέες δ' ἔνι μῦθοι,
Παντοῖοι· ἐπέων δὲ πολὺς νομὸς ἔνθα καὶ ἔνθα.
Ὁπποῖόν κ' εἴπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.

Volubilis enim lingua eſt hominum, multique inſunt ſermones,
Omnigeni: verborum autem latus campus hinc atque inde.
Qualecunque dixeris verbum, tale & audieris.

Car il n'y a rien qui ait tant de volubilité que la langue; elle trouve toujours dequoi s'exercer; on a de part & d'autre un vaſte champ de paroles où les armes ne manquent jamais, & on peut toujours rendre injure pour injure. DAC.

v. 251.

Ἔριδας καὶ νείκεα — Νεικεῖν, jurgiis & rixis — Altercari.

v. 252.

Νεικεῖν ἀλλήλοισιν ἐναντίον, ὥστε γυναῖκας, Contendere inter nos, tanquam mulieres,] Sic apud *Livium: Sedemus domi deſides, mulierum ritu altercantes inter nos.* CLARK.

v. 254.

Νεικεῦσ' (*pro* νεικοῦσι) ἀλλήλῃσι, Probra jactant altera in alteram.

Ἀγυιὰ, ᾶς, ἡ, vicus, via, *ſcil. urbis*; regio, platea.

v. 255.

v. 255.

Ἐτεὸς, ὰ, ὸν, verus. ab ἐτὸς, ὴ, ὸν, *idem.* Ἐτεὰ, vera. Ἔτεα, annos. *B.* 328. ab ἔτος, εος, τό.

Πόλλ' ἐτεά τε καὶ οὐκί] πολλὰ καὶ ἀληθῆ καὶ ψευδῆ. *Schol.*

v. 256.

Ἀλκῆς — ἀποτρέψεις μεμαῶτα, A virtute — avertes animoſum.

v. 258.

Γευσόμεθ' ἀλλήλων, Experiamur alter alterum.] ἀντὶ τοῦ, ἁψώμεθα· ὅ ἐστιν ἀπόπειραν ληψώμεθα τῆς ἀλλήλων δυνάμεως· εἴρηται δὲ μεταφορικῶς. *Schol.*

v. 259.

Ἤλασε, intorſit.

v. 260.

Μύκε, mugiit: ſonuit. aor. 2. ind. Act. pro ἔμυκε. v. μυκάω, mugio. 2.) de aliorum animalium voce & quocunque ſono graviori.

v. 262.

Φάτο, credebat.

v. 263.

Ῥεῖα δ' ἐλεύσεσθαι, Facile penetraturam eſſe. Vide ad *N.* 144.

v. 264.

Νήπιος, οὐδ' ἐνόησε — Imprudens, neque enim cogitabat] Stultum appellat Achillem, quod tam fragilem clypeum ſibi eſſe arbitraretur, ut ab Æneæ haſta penetrari poſſet, neque cogitaret, ea, quæ divina ſunt, a mortalibus perfringi non poſſe. Enimvero adeo eſt imbecilla mortalitas, ut ne quidem juvante Deo ſatis ſibi tuta plerumque videatur: unde cum fortitudine ſua timorem etiam aliquem conjunctum habuit Achilles, quod a Poëta confictum eſt, ut intelligeremus, rem Achilli cum fortiſſimo etiam Heroë, cujus robur extimuerit, fuiſſe; & hoc pacto Æneam quoque commendat, cui etiam regnum ipſum Trojanum *paulo poſt* tribuit. SPOND.

v. 265.

Ὡς οὐ ῥηΐδι' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα

Ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι, οὐδ' ὑποείκειν.

Quod

Quod non facile poſſunt Deorum inclyta dona
A viris mortalibus perrumpi, neque eis cedunt.

v. 269.

Ἔλασσε, tranſiit.

v. 270.

Ἐλαύνω *h. l.* induco, ſuperinduco.

v. 272.

Τῇ ῥ᾽] *Qua utique; Qua ſcilicet.*

Ἔσχετο, detenta eſt.

v. 275.

Ἄντυγ᾽ ὑπὸ πρώτην, Oram ad ſummam.] *κατὰ τὸν ἔξωθεν κύκλον τῆς ἀσπίδος. Schol.*

Ἧι λεπτότατος θέε χαλκὸς, ubi tenuiſſimum currebat æs.] *καθ᾽ ὃ μέρος τῇ ἀσπίδι λεπτότατος περιέκειτο χαλκός. Idem.*

v. 276.

Ἐπέην, inductum erat.

v. 278.

Ἀνέσχε, ſuſtulit.

v. 280.

Ἱεμένη, *ulterius* pergendi cupida.

Διὰ — ἕλε, diſrupit.

v. 282.

Κὰδ δ᾽ ἄχος οἱ χύτο μυρίον ὀφθαλμοῖσι, trepidatio autem cum dolore ei offuſa eſt immenſa oculis.

v. 288.

Βάλε πέτρῳ, percuſſiſſet ſaxo.

v. 289.

Τό οἱ ἤρκεσε — quod ab eo defendiſſet —.

v. 290.

Θυμὸν ἀπηύρας, anima privaſſet.

v. 291.

Ὀξὺ νόησε, celeriter animadvertiſſet.

v. 293.

Ἄχος, dolor de —.

v. 294.

Ὅς τάχα Πηλείωνι δαμεὶς ἀΐδοσδε κάτεισι, Qui cito a Pelide domitus ad orcum deſcendet. Dativum regunt omnia,

omnia, quæ Paſſive ſignificant, ut πεποίηταί μοι, *factum eſt mihi*, id eſt, *a me*: ἄγνωςον τοῖς πολλοῖς, *vulgo ignotum.* ita *b. l.* ὅς τάχα Πηλείωνι δαμεὶς κ. τ. λ. Pſeudodidymus: ὑπὸ Ἀχιλλέως ἀναιρεθεὶς. Sic, ἡ δὲ Θεῷ δμηθεῖσα, καὶ ἀνέρι πολλὸν ἀρίςῳ. Heſiod. Aſp. 48. Unde quando apud Dionyſium Halicarnaſſeum II. 31. pro ἡ τῷ Ῥωμύλῳ καθιερωθεῖσα ἑορτὴ in Codice Vaticano, uti Hudſonus auctor eſt, legitur ὑπὸ Ῥωμύλȣ: neminem fore arbitror, quin lectionem poſteriorem hanc pro gloſſa habendam eſſe cenſeat. Ceterum Latinis etiam, præſertim Poëtis, iſta loquendi ratio ita familiaris atque uſitata eſt, ut id demonſtrare nunc multis, ſupervacaneum eſſe videatur. WELL. *p.* 312. FISCH. *p.* 318. *ſq.*

v. 296.

Οὐδέ τι οἱ χραισμήσει λυγρὸν ὄλεθρον, neque enim *is* ab eo omnino propulſabit triſte exitium.] *Proſit avertenda morte.* ERN.

v. 298.

Μὰψ ἕνεκ' ἀλλοτρίων ἀχέων, Immerito ob debitos aliis dolores.

v. 299.

Ἔχουσιν, habitant.

v. 302.

Μόριμος, ȣ, ὁ, ἡ, fatalis. à μόρος, ȣ, ὁ, portio: fatum.

v. 303.

Ἄσπερμος, ȣ, ὁ, ἡ, ſine ſemine & prole, ſemine carens. ἄσπερμος γενεὴ, ſine prole genus. ex α priv. & σπέρμα, ſemen.

v. 304.

Περὶ *hic* præ.

v. 307.

Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Virgil. Æneid. III. 97. *ſq.*

Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis.

In his verſibus eſſe fundamentum fabulæ Virgilianæ, ex

ex iisque veritatem adventus Æneæ in Italiam intelligi, docet Cl. Riccius Diſſ. Hom. XL. ERN.

v. 310.

Νόησον Αἰνείαν, ἤ κεν &c. conſule de Ænea, an] Græcismum, quem & Latini ſubinde imitantur, paſſim illuſtrant viri docti, v. c. Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. 55. qui tamen non bene ait, accuſativum poni pro nominativo: nam potius ſubſtantivum adjungitur verbo præcedenti, quod ſequenti adjungi debebat. Hoc quidem loco non eſt nominativus. Debebat eſſe σὺ νόησον, ἤ κεν Αἰνείαν ἐρύσσεται. Sic Latini: *Sæpe eum audivi, cum diceret*; in quo etiam hærebat vir doctus ad Tacitum. ERN.

v. 315.

Μήποτ' ἐπὶ Τρώεσσιν ἀλεξήσειν κακὸν ἦμαρ,

Nunquam nos a Trojanis averſuras eſſe ope allata malum diem.

v. 316.

Δάηται, Δαιομένη, δαίωσι, cremabitur, Incenſa, incenderint,] Vide *Odyſſ.* T. 250. ad quem locum de hac frequentatione ejuſdem verbi dicetur. ERN.

v. 319.

Ἂν, per. *pro ἀνά.*

v. 320.

Ἷξε, Pervenit.

v. 321.

Αὐτίκα τῷ μὲν ἔπειτα] Sic Æneam ſervavit Neptunus, ut ipſi Achilli tamen injuriam non fecerit. nam haſtam, quam in Æneam erat jaculatus, ipſi reſtituit, ne quid ſibi ſubreptum aut ablatum dolo conquereretur. Apparet autem hoc loco ingenioſa confictio, quam Poëta commentus eſt in Ænea eripiendo. SPOND.

v 325.

Ἐπέσσευεν, vi impulſum egit.

v. 327.

Θεοῦ ἀπὸ χειρὸς ὁρούσας, Dei a manu actus *ſeu* impetu ſumto.

v. 329.

Πόλεμον μεταθωρήσσοντο, ad pugnam armabantur.

v. 332.

v. 332.

'Ατέοντα, præcordia læſum. v. ἀτάω, & ἀτέω, lædo, noceo.

v. 335.

'Αναχωρῆσαι, recede.

Συμβλήσεαι, obvius fueris factus.

v. 336.

Unde abunde patet, apud illos viguiſſe illam conſuetudinem, nec a virtute & bonis moribus alienam creditam fuiſſe, prout iterum obſervat *Servius* in Mezentium, qui apud *Virgilium* pari modo habitus eſſe videtur; quod licet Poëta non expreſſe affirmet, tamen plane colligi poteſt ex eo, quod poſtquam *Æneid. Lib. X. ſub finem* duo tantum vulnera ab Ænea accepiſſe dictus fuerit, *inferius Æneid. Lib. XI. v.* 9. in duodecim, hoc eſt, in pluribus locis, numero finito poſito pro indefinito, perfoſſus ejus thorax deſcribitur:

— bis ſex thoraca petitum,
Perfoſſumque locis. —

Gentibus barbaris vulgaris fuit hæc immanitas: Leonidæ enim Spartæ regis in prælio contra Xerxem fortiter pugnando occiſi caput perticæ infixum, & corpus truncum patibulo ſuſpenſum eſt, teſte *Herodoto* in *Calliope*. Sed hæc indicta & turpia facinora jamdiu habuerant Græci; quapropter Pauſanias Spartanus ſollicitatus, ut injuriæ Leonidæ illatæ in Mardonium Xerxis ducem Platæis devictum vindicem ſe gereret, tam inhumanæ Græcique viri indignæ vindictæ conſcius, vel illam permittere noluit: imo ipſo belli Trojani ævo præ moribus tum ſuorum majorum, tum reliquarum gentium humaniores erant Græci. Suorum defunctorum corpora humo mandare hoſtibus per victores olim non licebat, niſi prius largis nummis illa redemiſſent: cujus inhumani moris nonnulla exſtant veſtigia apud *Homerum*. Hectoris cadaver ab Achille magno pretio redemerunt Trojani. *Iliad.* Ω. Achillis vero de Trojanorum manibus redemtum eſt eodem pretio, quod pro Hectore acceperat, juxta *Lycophronem Caſſandra*, *v.* 269. Niſus a *Virgilio Æneid. Lib. IX. v.* 123. inducitur amicum Euryalum, ne

tanto

tanto cum diſcrimine comitem ei ſe adjungeret, hoc argumento inprimis dehortans, nim. ut

Sit, qui me raptum pugna, pretiove redemtum
Mandet humo ſolita. —

Unde liquet, vita in prælio defunctos illis temporibus pretio vulgo redemtos fuiſſe; &c. Vide ad *Iliad. A. v.* 3. POTT. *Tom. II. p.* 82. *ſqq.*

v. 380.

Ἔρδεσκεν, patravit.

v. 381.

Εἶδ' ἄγετ', Eja agite.
Πειρηθῶμεν, experiamur.

v. 383.

Τῶδε πεσόντος, hoc ſtrato.

v. 386.

Ἄκλαυστος, ου, ὁ, ἡ, indeploratus, indefletus. ex α pr. & κλαίω, fleo.
Ἄθαπτος, ου, ὁ, ἡ, inſepultus, inhumatus. ex α pr. & θάπτω, ſepelio.

v. 388.

Ζωοῖσιν μετέω, Vivis interero.
Ὀρώρῃ, moveantur.

v. 389.

Καταλήθοντ' ἐν ἀΐδαο, oblivio ſubit in orco.

v. 390.

Αὐτὰρ *h. l.* Tamen.

v. 393.

Ἠράμεθα, Retulimus.

v. 394.

Εὐχετόωντο] *Vota facere ſolebant.*

v. 396.

Τέτρηνε, perforavit. præt. ind. Med. v. τετραίω, & τίτρημι, perforo, terebro.

v. 397.

Ἐς σφυρὸν ἐκ πτέρνης, Ad talum usque a calce.
Πτέρνα, *Jon.* πτέρνη, ης, ἡ, calx, calcaneus.
Ἐξῆπτεν, innexuit: appendit. v. ἐξάπτω, adnecto, appendo.

Βοέυς — ἱμάντας, bubula — lora.

v. 398

Ἐκ δίφροιο δ' ἔδησε, De curruque ligavit.] Ὁ δὲ Καλλίμαχός φησιν ὅτι πάτριόν ἐςι Θετταλοῖς τὰς τῶν φιλτάτων φονέας συρεῖν περὶ τὰς τῶν φονευθέντων τάφους. *Schol.*

v. 400.

Μάςιξεν, Scutica percuſſit *equos.*

v. 401.

Τῦ δ' ἦν ἑλκομένοιο κονίσαλος, Ab illo vero oriebatur inter trahendum pulvis.

Χαῖται Κυάνεαι, Comæ Cyaneæ.

v. 402.

Πίλναντο, *terræ* admovebantur. v. πίλνημι, πίλναμαι, appropinquare facio, admoveo. 2.) appropinquo.

Πίλναντο] MS. Lipſ habet πίτναντο. Idem exprimere voluit Ald. 2 3. ſed ita expreſſum eſt, quaſi ſit πίπναντο, idque, ut ſolet, fideliter repetiit Junta. Hæc igitur lectio eſt commoda ſatis. Ἀμφὶ — πίτναντο de comis eſt, quod v 315. περισσείοντο de criſta galeæ, *comæ nigræ concutiebantur, jactabantur circa caput*, exſultabant, & concuſſu circumfundebantur capiti &c. Qui ſenſus eſt aptiſſimus. ERN. πιτνάω, *ſeu* πίτνημι, expando, extendo. 2.) concutio, projicio.

v. 404.

Δῶκεν ἀεικίσσασθαι, Dederat deturpandum.

v. 405.

Κεκόνιτο, pulvere fœdabatur.

v. 406.

Καλύπτρην, ης, *Jon.* pro α, ας, ἡ, tegmen capitis muliebre. 2.) tegumentum, operculum quodvis. a καλύπτω, tego, operio.

v. 409.

Κωκυτῷ — εἴχοντο, Ejulatu — tenebantur.

Κωκυτὸς, ῦ, ὁ, fletus, ejulatus. a κωκύω, fleo, ploro, lamentor, ejulo.

v. 411.

Ὀφρυόεις, όεσσα, όεν, ſupercilioſus. 2.) clivoſus, multa habens ſupercilia *ſeu* tumulos. 3.) in ſuperciliis montium ſitus,

ſitus, excelſus. ex ὀφρύς, ύος, ἡ, ſupercilium: tumulus, ſupercilium montis, clivus.

Σμύχοιτο κατ' ἄκρης, cremaretur a culmine. σμύχω, *propr.* de igne latente ſine flamma & paullatim rem conſumente. *Unde* 2.) paulatim attero, abſumo, velut lenta tabe corrumpo.

Σμύχοιτο] *Al.* σμήχοιτο. Quo modo legit & *Macrobius. Saturnal. Lib. IV. Cap.* 6. CLARK. σμύχω & σμηχω ſæpe in libris antiquis confunduntur. Σμύχοιτο verum eſt: de cujus verbi vi eleganter diſſerit Cel. *Hemſterh.* ad Lucian. T. I. p. 351. ERN. Vid. etiam ad *Il. I.* 649.

v. 414.

Λιτανεύω, ſupplex oro, ſupplico. a λίτανος, η, ον, ſupplex. *quod* a λιτή, ῆς, ἡ, ſupplicatio, ſupplices preces.

Κόπρος, ου, ἡ, ſtercus, fimus: lutum, cœnum.

v. 415.

Ἐξονομακλήδην, *adv.* Nominatim. ex ἐξ, ὄνομα, & κλήδην, nominatim.

v. 416.

Σχέσθε, Abſtinete.

v. 418.

Λίσσομαι, Supplicabo.

Ὀβριμοεργὸς *hic* horrenda patrans, violentia effrænus.

v. 423.

Παῖδας — τηλεθάοντας, filios — ætate florentes: πάνυ θάλλοντας, ἀκμάζοντας. *Schol.*

v. 424.

Τῶν πάντων οὐ τόσσον ὀδύρομαι — Ὡς ἑνὸς, De *vel* Pro quibus omnibus non tantum lugeo — Quantum de *vel* pro uno.

v. 425.

Οὗ μ' ἄχος ὀξὺ κατοίσεται ἄϊδος εἴσω, de quo me dolor vehemens *conceptus* deferet ad orcum.

v. 426.

Ὡς ὄφελεν θανέειν ἐν —, utinam obiiſſet inter —.

v. 427.

Τῷ κε κορεσσάμεθα, Sic enim ſatiati fuiſſemus.

v. 428.

Δυσάμμορος, ου, ὁ, ἡ, infelix, qui fata habet difficilia. ex δυς & μόρος, fatum.

v. 430.

Τρωῇσιν, Inter Troadas.

Ἀδινῶ ἐξῆρχε γόοιο, denſum ſuſpiriis exorſa eſt luctum.

v. 431.

Βείομαι, vivam. fut. 1. ind. Med. *Poët.* pro βείσομαι, a v. *inuſit.* βείω, vivo.

v. 433.

Εὐχωλὴ *h. l.* Gloria. *v.* 435. Κῦδος.

Πελέσκεο, eras.

v. 435.

Δειδέχατ', Excipiebant.] Verte: *colebant.* Alibi in hac ſententia verbum τίειν uſurpat: τῖον δέ μιν ἶσα θεοῖσι. ERN.

Ἔηϑα, eſſes.

v. 437.

Πέπυστο Ἕκτορος, audierat de Hectore.

v. 439.

Ὅττι ῥα] *Quod ſcilicet.*

Ἔκτοθι, *cum Gen.* extra.

v. 441.

Δίπλακα] *Schol. Barneſ.* διπλοΐδα, ἣν οἷόν τε διπλῆν περιβάλλεσθαι. De veſte duplici vid inpr. *Salmaſ.* ad *Tertull.* de Pall. p. 396. ERN. Vid. etiam ad Γ. 126.

Θρόνον, ου, τὸ, flos. 2. pigmentum.

Θρόνα] ποικίλματα, ἄνθη. *Schol. Al.* θρόα. CLARK. Θρόνα proprie πεποικιλμένα ζῶα, ſi fides *Schol. Theocrit. II.* 56. ut lacertæ & ſimilia. Vid. laudatos Cel. *Alberto* ad Heſych. h. v. ERN.

v. 442.

Κέκλετο δ' ἀμφιπόλοισιν —, Juſſerat autem ancillas] Cette circonſtance, qui ne paroît pas bien conſiderable, eſt pourtant miſe avec choix & avec raiſon, car outre qu'elle marque le ſoin qu'Andromaque avoit de tout ce qui regardoit Hector, elle augmente la ſurpriſe & rend ce revers plus terrible & plus affligeant. DAC.

v. 448.

Τῆς δ' ἐλελίχθη γυῖα, Ejusque continuo ſuccuſſi ſunt artus.

Κερκὶς, ίδος, ἡ, radius textorius, pecten.

v. 450.

v. 450.

Ἴδωμ', ὅτιν' ἔργα (*Al.* ἅτιν' ἔργα) τέτυκται, *ut* videam, quænam opera fiant.

v. 451.

Ἑκυρὰ, ᾶς, *Jon.* ἡ, ῆς, ἡ, ſocrus, mariti mater. ab ἑκυρὸς, ȣ͂, ὁ, ſocer, mariti pater.

v. 452.

Πάλλεται ἦτορ ἀνὰ ςόμα, ſaliens vibratur cor ſurſum ad os.

Γȣ͂να Πήγνυται, genua Glaciata torpent.

v. 454.

Αἲ γὰρ ἀπ' ȣ̓ατος εἴη ἐμεῦ ἔπος,] εἴθε γὰρ μὴ ἤκȣσά ποτε τȣ͂ λόγȣ τȣ́τȣ. *Schol.* Utinam vero procul ab aure ſit meum verbum!

v. 456.

Ἀποτμήξῃς πόλιος, interclusum ab urbe.

v. 457.

Καταπαύσῃ ἀγηνορίης ἀλεγεινῆς, ceſſare faciat *ab* audacia exitiali.

v. 459.

Πολὺ προθέεσκε, longe procurrebat.

Τὸ ὃν μένος ȣ̓δενὶ εἴκων, ſua animi vi nulli cedens.

v. 460.

Μεγάροιο διέσσυτο, per domum ruit.

Μαινὰς, ἀδος, ἡ, furioſa, inſana, lymphata, Baccha. a μαίνομαι, inſanio, furo.

v. 461.

Παλλομένη κραδίην, Vehementer palpitans corde.

v. 465.

Ἀκηδέςως, *adv.* ſine ulla cura, temere. 2.) *h. l.* ſine miſericordia, inhumaniter, immaniter. ab ἀκήδεςος, *Il. Z.* 60.

v. 467.

Ἀποκαπύω, efflo, exſpiro. ex ἀπὸ & καπύω, flo, ſpiro.

v. 468.

Δέσματα σιγαλόεντα, redimicula admiranda.

v. 469.

Ἄμπυξ, υκος, ὁ, reticulum muliebre, vitta.

Scholiaſtes vetus interpretatur κόσμον τινὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ἀνέχοντα

ἀνέχοντα τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, *ornatum quendam muliebrem capiti circumdatum, ut capillos contineat.* Unde & *Pauſanias* dici cenſet apud *Euſtathium*, διὰ τὸ ἀμπέχειν τὰς τρίχας, *quod crines retineat.* Ipſe vero ait fuiſſe διάδημά τι πρὸς ἀνάδεσιν τριχῶν, ἃς περιστέλλοντες οἱ παλαιοὶ ὑπὸ τοῦτο παρῆγον, *faſciam nempe quandam, ſub qua capilli erant colligati.* Περικεφάλαιαν *Scholiaſtes Theocriti* interpretatur *Idyl. I. v.* 33. ubi γυνὰ,

Ἀσκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι,

Ornata peplo reticuloque.

Κεκρύφαλος, ου, ὁ, reticulum, quo mulieres crines revinciunt, vitta, vinculum capillorum.

Κεκρύφαλον *Scholiaſtes* ait non κροκύφαντον, qui alias dicitur *reticulum forte, quo plexa coma diſtringitur, ne diffluat.* FEITH. *L. III. C. VII.* §. *III.*

Πλεκτὴν ἀναδέσμην, textile crinale.

Ἀναδέσμη, ης, ἡ, ornamentum capitis, redimiculum, ſimile quidpiam diademati.

V. 473.

Εἰνατέρες] αἱ τῶν ἀδελφῶν γυναῖκες. *Schol.* εἰνάτειρ, *vel* εἰνάτηρ, ερος, ἡ, fratria, *i. e.* uxor fratris.

V. 473. 474.

Ἀμφὶ δέ μιν γαλόῳ τε καὶ εἰνατέρες ἅλις ἔσαν,
Αἵ ἑ μετὰ σφίσιν εἶχον ἀτυζομένην ἀπολέσθαι.
Circum vero ipſam gloresque & fratriæ frequentes ſtabant,
Quæ ipſam inter ſe tenebant præ dolore cupidam interitus.

Andromache, cum maritum ſuum Hectora ante muros raptatum ab equis cerneret, triſtiſſimo ſpectaculo adeo ſtupefacta erat, ut dolori penitus ſuccumberet. quod his verbis modo ante deſcribit divinus Poëta:

Τὴν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν,
Ἤριπε δ' ἐξοπίσω, ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσσε.
Τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς χέε δέσματα σιγαλόεντα,
Ἄμπυκα, κεκρύφαλόν τ', ἠδὲ πλεκτὴν ἀναδέσμην,
Κρήδεμνόν θ'.

Unde mox *v.* 475. *ſq.*

Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν ἄμπνυτο, καὶ ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη,
Ἀμβλήδην γοόωσα μετὰ Τρῳῇσιν ἔειπεν.

Quis

Quis itaque feret, Andromachen dici ἀτυζομένην ἀπολέσθαι, ac ſi tum adhuc mortem verebatur ? aliam enim interpretationem admittere vix videntur hæc verba. Poſſes forſan ſuccurrere legendo ἀτυζόμεναι ἀπόλεσθαι, quod ad comites Andromaches referendum, quæ illam inter ſe continentes, verebantur, ne interiret. LENNEP *Animadv. ad Coluth. p.* 145. *ſq.*

v. 475.

Ἄμπνυτο, ad ſe rediit.

Ἐς φρένα θυμὸς ἀγέρθη, in præcordia anima collecta eſt.

v. 476.

Ἀμβλήδην, *pro* ἀναβλήδην, interrupte, velut alternis, *aut* cum ſingultu : *de lamentante & plorante. Unde &* vehementer *explicant*, *item* cum proæmio. *Schol.* ἀναφέρουσα ἀθρόως τὸ πνεῦμα. crebris gemitibus. ab ἀναβάλλω, retardo, remoror : præludo.

v. 477.

Ἰῇ ἄρα γεινόμεθ' αἴσῃ, eodem igitur nati ſumus fato.

v. 481.

Αἰνόμορος, ε, ὁ, ἡ, infelix, miſerandus, gravi cum fortuna conflictans. ex αἰνὸς, gravis : & μόρος, fatum, infortunium.

Ὡς μὴ ὤφελλε τεκέσθαι, utinam non genuiſſet!

v. 482.

Ἀΐδαο δόμους — Ἔρχεαι, in orci domos — Abis.

Ὑπὸ κεύθεσι γαίης, ſub latebris terræ.

v. 484.

Αὕτως, prorſus.

v. 487.

Ἤνπερ, *pro* ἐάνπερ, etſi, licet.

Φύγῃ, effugerit.

v. 489.

Οἱ ἀπουρίσσουσιν ἀρούρας, ei terminis mutatis adiment arva. ἀπουρίζω, aufero, ſeparo.

v. 490.

Ἦμαρ - ὀρφανικὸν, Dies - pupillaris.

Παναφήλιξ, ικος, ὁ, ἡ, omnibus æqualibus deſtitutus; omni-

omnibus ſociis carens. ex πᾶς & ἧλιξ, ικος, ὁ, ἡ, qui ejusdem eſt ætatis, coætaneus.

Τίθησι, reddit.

v. 491.

Πάντα δ' ὑπεμνήμυκε, Semper vero dejecto eſt vultu.

Et olim & adhucdum Criticos exercuit verbum illud ὑπεμνήμυκε. Varias Eruditorum ſententias vid. in Notis ad *Heſychium* V. Εμμέμυκεν, (ubi hunc *Homeri* locum ante oculos habuit Lexicographus) Unde merito ſuſpicatur *Kuſterus*, in quibusdam *Homeri* Codicibus non ὑπεμνήμυκε, ſed ὑπεμμέμυκε fuiſſe. Imo non tantum ὑπεμμέμυκε olim exſtitiſſe, ſed binis vocibus Veteres legiſſe ὑπ' ἐμμέμυκε tuto hinc concludi poſſe reor. Ex binis itaque his veterum Codicum lectionibus crediderim olim fuiſſe ſcriptum ΥΠΕΜΜΗΜΥΚΕ, quod corruptum pro ΥΠΟΜΜΗΜΥΚΕ; atque hinc voces tantum diſtinguendo, hanc eruo ſcripturam:

Πάντα δ' ὑπ' ὄμμ' ἤμυκε, δεδάκρυνται δὲ παρειαί.

Ubi πάντα adverbialiter ſumendum pro πάντως. Quo ſenſu autem ὄμμα υπημύειν dicatur *Homero*, docebunt explicationes Veterum Grammaticorum, ubi interpretantur κατεςύγνακε, & clarius *Heſychius* V. Ὑπεμνήμυκε, ὑπομέμυκε, κλαίει, ςενάζει. Verbum υπημύειν de genis præ luctu marceſcentibus adhibuit *Coluthus*, v. 331. ſq.

Ουχ ὁράας; γοεραὶ μὲν ὑπημύουσι παρειαὶ,
Πυκνὰ δὲ μυρομένης θαλεραὶ μινύθουσιν οπωπαί.
Nonne vides, quantum præ luctu ſubſidant genæ,
Quantumque continuo fletu vigentes abſumantur oculi?

quæ verba in clara luce collocant illa *Homeri* Odyſſ. Θ 530.

Τῆς δ' ἐλεεινοτάτῳ ἄχεϊ φθινύθουσι παρειαί.
Hujus miſerabiliſſimo dolore tabeſcunt genæ.

Apulejus Met. X. *lapſas genas* vocat; ita enim recte emendavit *Pricæus* in Not. — Ceterum hinc ſatis patet in *Homerico* noſtro loco recte verbum υπημυειν poni de luminibus præ nimio fletu tabeſcentibus, qualia erant illa Aſtyanactis. Eodem modo, ut *Homerus*, ὄμμα & παρειαί *Catullus* Carm. LX. 55. conjunxit:

Mœſta

Mœſta neque aſſiduo tabeſcere lumina fletu
Ceſſarent, triſtique imbre madere genæ.

LENNEP *Animadv. p.* 146. *ſqq.*

Δεδακρυνται δὲ παρειαὶ, lacrymisque madidæ ſunt genæ.

v. 492.

Ἄνεισι ἐς —, vadit ad —.

v. 493.

Χλαίνης ἐρύων, — χιτῶνος, chlæna prenſans, — tunica.

v. 494.

Κοτύλη, ης, *h. l.* pocillum: νῦν, εἶδος ποτηρίου. } *Schol.*
Ἐπέσχε, admovet: τῷ στόματι προσήνεγκε. }

v. 495.

Ἐδίην', rigat. v. διαίνω, humecto, madefacio, rigo, irrigo.

Ὑπερώα, ας, *Jon.* η, ης, ἡ, palatum.

v. 496.

Ἀμφιθαλὴς, έος, ὁ, ἡ, circumfloridus, circumvirens. 2.) *h. l.* utroque parente vivo florens, cui pater & mater adhuc vivunt, patrimus & matrimus. ex ἀμφὶ & θάλλω, floreo, vireo.

Ἐκ δαιτύος ἐστυφέλιξε, e convivio exturbat.

v. 497.

Χερσὶν πεπληγὼς, Manibus verberans.
Ὀνειδείοισιν ἐνίσσων, probris inſectans.

v. 498.

Ἔῤῥ' οὕτως, Abi in malam rem ſic.
Μεταδαίνυται ἡμῖν, convivatur nobiſcum.

v. 499.

Ἄνεισι ἐς —, redit ad —.

v. 501.

Ἔδεσκε, — v. 503. Εὕδεσκ',] *Comedere ſolebat, — Dormire ſolebat.* Vide ſupra ad *v.* 394. CLARK.

v. 500. 501.

Singularis olim a parentibus adhibita fuit cura in liberorum educatione; quam & leges Athenienſium, uti & Romanorum ſanxerunt. Hinc in deliciis conjugii poſitum, quod puelli in genibus parentum comedebant, ut ex *h. l.* ubi Andromache occiſo Hectore queritur de Aſtyanacte:

— ὃς

— — ὃς πρὶν μὲν ἑῦ ἐπὶ γούνασι πατρὸς
Μυελὸν οἶον ἔδεσκε, καὶ οἰῶν πίονα δημόν·
— — *qui ante quidem ſui ſuper genua patris*
Medullam tantum comedebat, & ovium pinguem adipem.

Sic in genibus Autolyci avi Ulyſſes poſitus *Odyſſ. XIX. v.* 401. *ſq.*

Τὸν ῥά οἱ Εὐρύκλεια φίλοις ἐπὶ γούνασι θῆκε
Παυομένῳ δόρποιο. — — —
Hunc ei Euryclea dilectis in genibus poſuit
Finienti cœnam. — — —

Itaque Amyntor filio diras imprecatus addit, ne genibus ſuis imponat filium.

Μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱὸν
Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα· — — —
Ne unquam genibus ſuis imponeretur dilectus filius
Ex me genitus. — — —

Iliad. IX. v. 455. Illic ſoliti ludere puſiones παππάζοντες, *Iliad. V. v.* 408.

Οὐδέ τι μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσιν.
Neque eum liberi ad genua pappa vocant.

Πάππα nempe ſubinde *dictitantes*, qua voce Nauſicaë patrem alloquitur, *Odyſſ. VI. v.* 57. FEITH. *L. II. C. XVIII. §. II.*

V. 502.

Παύσαιτο — νηπιαχεύων, deſiiſſet — pueriliter luſitare.

Νηπιαχεύω, inſtar vagientis doleo, pueriliter me gero, pueriliter ludo. ex νήπιος, infans: & ἀχεύω, doleo.

V. 503.

Λέκτρον; ου, τὸ, lectus, cubile. a λέγω, cubare facio.

V. 504.

Θαλέων ἐμπλησάμενος κῆρ, deliciis repletus corde,] πάντων τῶν πρὸς τὸ θάλλειν ἐμπληθείς. *Schol.*

V. 505.

Πάθῃσι, patietur.

Φίλου ἀπὸ πατρὸς ἁμαρτών, charo patre privatus.

V. 506.

v. 506.

Ἀστυάναξ, ὃν Τρῶες ἐπίκλησιν καλέουσιν· Οἶος γάρ] *Aſtyanax* ſignifie proprement *Roi*, *protecteur*, *defenſeur de la ville.* On avoit donné ce nom au fils à cauſe des qualitez du pere. J'ai parlé ailleurs de cette coutume des Grecs & de tous les Orientaux, de donner aux enfans des noms tirez des qualitez des peres ou des avantures qui leur étoient arrivées. DAC. Vid. ad *Z. v.* 399 - 403.

v. 507.

Ἔρυσο, *o Hector*, defendebas.

v. 509.

Αἰόλαι εὐλαὶ ἔδονται, Mobiles vermes edent.
Κορέσωνται, ſe ſatiaverint.] Vide ſupra ad *T.* 167.

v. 510.

Ἀτάρ τοι εἵματ' ἐνὶ μεγάροισι κέονται, at tibi veſtes in ædibus jacent.] Cette idée s'offre fort naturellement à une femme qui ſe repreſente le corps de ſon mari mis en pieces, & tous ſes membres traînant à terre ſans être couverts, & rien n'eſt plus propre à exciter la compaſſion. Au reſte on ſçait que c'étoit anciennement la coutume des Princeſſes & des grandes Dames de faire de riches proviſions d'étoffes & de meubles. Cette proviſion étoit même plus neceſſaire en ce temps-là que dans celui-ci à cauſe de la grande conſommation qui s'en faiſoit dans ces occaſions de devil. DAC. Vid. etiam FEITH. *L. IV. C. III. §. IV.*

v. 512.

Καταφλέγω, comburo, inflammo.

v. 513.

Ὄφελος, uſui *futura.*
Ἐγκείσεαι αὐτοῖς, jacebis in ipſis.

v. 514.

Πρὸς *h. l.* coram.
Κλέος εἶναι, gloria *tibi* ſunto.

IN Ψ. ILIADIS.

v. 3.

Ἄρ'] *Ut par erat.*

v. 4.

Ἀποσκίδνασθαι, diſperſos abire.

v. 5.

Οἷς] De hujusmodi ſyntaxeos elegantia vide ſupra ad Γ. 409. CLARK.

v. 7.

Μὴ δήπω] Cod. *Harlejan.* μὴ δή πω, *Nequaquam quæſo.* IDEM.

Ὑπὸ *hic* a.

Λυώμεθα, ſolvamus.

v. 8.

Αὐτοῖς —, cum ipſis —.

v. 10.

Ὀλοοῖο τεταρπώμεσθα γόοιο, triſti ſatiati fuerimus luctu. τεταρπώμεσθα eſt aor. 2. ſubj. Med. *Jon.* & *Dor.* pro ταρπώμεθα. Vid. ad *I. v.* 701.

Τεταρπώμεσθα] *Nos ipſi ſatiaverimus.* Vide ſupra ad *X.* 33. & ad *N.* 45. CLARK. Non arbitror ad ſolam ſatietatem reſpici, ſed etiam ad quandam dulcedinem, quæ in ipſo luctu ſentitur. *Ovidius* Triſt. IV. 3. 37. *Eſt quædam flere voluptas &c.* Add. locum *Ariſtotelis* ad *v.* 108. ERN.

v. 11.

Δορπέω, ῶ, cœno. a δόρπον, ου, τὸ, cœna.

v. 13. 14.

In exercitus Ducum ſummorumque Præfectorum funeribus milites ſimulque omnes adſtantes in honorem defuncti rogum ſolennem in morem ter circumire ſolebant. Sic Græci *h. l.*

Οἱ δὲ τρὶς περὶ νεκρὸν ἐΰτριχας ἤλασαν ἵππους
Μυρόμενοι. — — —
Hi vero ter circa mortuum pulchre jubatos egerunt equos
Lugentes. — — —

Hoc

Hoc autem officium Græcè dicebatur περιδρομὴ, Latine *decurſio*, cujus ſæpius meminerunt Poëtæ; nominatim illam eleganter deſcripſit *Statius Thebaid. Lib. VI. v.* 213. *ſqq.*

Tum ſeptem numero turbas (centenus ubique
Surgit eques) verſis ducunt inſignibus ipſi
Grajugenæ reges, luſtrantque ex more ſiniſtro
Orbe rogum, & ſtantes inclinant pulvere flammas:
Ter curvos egere ſinus, illiſaque telis
Tela ſonant, quater horrendum pepulere fragorem
Arma, quater mollem famularum brachia planctum.

Ubi obſervandum eſt, in hac decurſione motum ſiniſtrorſum peractum fuiſſe, quo triſtitiam exprimebant; contra motum ad dextram lætitiæ ſignum fuiſſe; unde idem Auctor *ibid. v.* 221. ſubjungit:

— — *hic luctus abolere, novique*
Funeris auſpicium vates, quamquam omina ſentit
Vera, jubet, dextro gyro, & vibrantibus haſtis
Hunc redeunt. — — —

Has autem decurſiones cum clamoribus & tubarum clangore peractas fuiſſe, nos docet *Valerius Flaccus, Argonaut. Lib. III.*

Inde ter armatos Minyis referentibus orbes
Concuſſi tremuere rogi, ter inhorruit æther
Luctificum clangente tuba, jecere ſupremo
Tum clamore faces. — — —

In quibus ultimis verbis ſubindicare videtur, decurſionem perfectam fuiſſe ante rogum accenſum; ex aliis autem Scriptoribus liquet, illam actam fuiſſe, dum pyra ardebat. Sic *Virgilius* diſertis verbis tradit, *Æneid. Lib. XI. v.* 188. *ſqq.*

Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœſtum funeris ignem
Luſtravere in equis, ululatusque ore dedere.

POTT. *Tom. II. p.* 173. *ſq.*

v. 16.

τοῖον γὰρ πόθεον μήστωρα φόβοιο, Talem itaque deſiderabant artificem fugandi *hoſtes: ſi grand étoit le Capitaine qu'ils regrettoient!*] Homere ajoute cela pour rendre en quelque ſorte raiſon du miracle que le ſable & les armes

 pleu-

pleurent ; car à la mort des grands perſonnages la Nature fait des efforts qu'elle ne fait pas pour les hommes du commun. DAC.

v. 19.

Χαῖρέ μοι, ὦ Πάτροκλε, καὶ εἰν αἴδαο δόμοισι,] Les Payens croyoient que dans les Enfers on étoit encore ſenſible à la joye & à la triſteſſe, & que l'on y conſervoit les mêmes inclinations que l'on avoit eûes ici. Il y a dans cette apoſtrophe d'Achille quelque choſe de ſauvage & un mêlange de douceur & d'atrocité qui conviennent bien à ce caractere. EAD.

v. 21.

Ὠμὰ δάσασθαι, in fruſta ſecari, in fruſta cruda diſcerpi ; crudum ut diſcerpant.

v. 22.

Ἀποδειροτομήσειν Τρώων ἀγλαὰ τέκνα, cervices abſciſſurum Trojanorum claris filiis.

v. 24.

Ἕκτορα, in Hectora.

v. 25.

Πὰρ λεχέεσσι, ad feretrum.] παρὰ τῷ φερέτρῳ, ἤγουν τῇ κλίνῃ. *Schol.*

v. 26.

Ἀφοπλίζοντο, *arma* exuebant. v. ἀφοπλίζω, exarmo, armis ſpolio. ἀφοπλίζομαι, armis ſpolior. *item* arma depono, exuo, *ut h. l.*

v. 29.

Ὁ τοῖσι τάφον μενοεικέα δαίνυ, is eis epulum funebre lautum præbebat.

Poſt funerationem mortui, qui proxime attingebant, *convivium ſolenniter parabant :* uti a Priamo factum tumulato Hectore, *extrema Iliade*, *v.* 802 At Achilles ante Patrocli funerationem etiam *epulum ferale* inſtruit, quod τάφος vocat Homerus *h. l. Vetus Scholiaſtes :* τὸ περίδειπνον τάφος interpretatur τὸ ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσιν παρασκευαζόμενον, *Epulum funebre, quod propter defunctos apparabatur.* Sed contra *Euſtathius :* Τάφος οὐ κατά τινας ὁ μετὰ τὸ ταφῆναί τινα περίδειπνος, ἀλλ' ἁπλῶς ὁ ἐπὶ νεκρῷ. Τάφος *non eſt, ut quidam opinantur, epulum poſt funerationem defunctorum celebratum,*

bratum, *ſed ſimpliciter circa funus.* Sane & τάφον ait *Homerus* celebratum ab Oreſte, poſt interfectum Ægiſthum ac Clytæmneſtram, *Odyſſ. III.* 309. *ſq.*

Ἦτοι ὁ τὸν κτείνας δαίνυ τάφον Ἀργείοισιν
Μητρός τε στυγερῆς καὶ ἀνάλκιδος Αἰγίσθοιο.
At illo occiſo dedit cœnam ſepulcralem Argivis
Matriſque inviſæ & imbellis Ægiſthi.

Proinde non modo *ante* inhumationem, ſed & *poſt* epulæ factæ. Quanquam hoc frequentius obtinuit; nec apud Græcos modo, ſed & apud Romanos, aliaſque gentes, ut quam plurimis conſtat exemplis. FEITH. *L. I. C. XV.* §. *VI.*

V. 30.

Βόες ἀργοὶ,] Quid per hos boves ἀργὺς intelligendum ſit, dubitabant antiqui. Nam *candidos* interpretari non decet, cum mortuis *atri* ſoleant cædi. Itaque *candidos* appellabant, quibus excoriatis videlicet pinguedo alba appareret, quales & apud *Pindarum* ἀργᾶντες. Alii τὸ ἀργοὶ ſequentibus jungebant ſic, ἀργοὶ ὀρέχθεον, & exponebant *celeres*, i. e. *celeriter jugulabantur boves.* SPOND.

Ὀρέχθεον, mugiebant. *vel* humi extendebantur. ab ὀρεχθέω, cupio, deſidero. *item* ſuſpiro. Eſt vox ficta, ad imitationem ſuſpirii, quod animam efflantes edunt, *ut hic.* ab ὀρέγομαι. *Schol.* Ἀπετείνοντο ἀναιρούμενοι· ἢ ἐφθέγγοντο, καὶ ὥσπερ ἐπέστενον· μεμίμηται γὰρ τὸ ἰδίωμα τῆς φωνῆς, ὃ προΐενται ἀναιρούμενοι οἱ βοῦς. Οἱ δὲ, ἐκόπτοντο.

Ἀμφὶ σιδήρῳ, vi ferri.

V. 31.

Σφαζόμενοι, Inter jugulandum; dum jugularentur.

V. 34.

Κοτυλήρυτος, ου, ὁ, ἡ, in poculum fluens. ex κοτύλη, ης, poculum: & ῥέω, fluo. *Vel*, volæ hauſtus, quantum utraque manu haurire potes, multus. ex ἀρύω, haurio: & κοτύλη, vola.

V. 35.

Τόν γε ἄνακτα, regem quidem.

V. 36.

Εἰς, *h. l.* ad.

V. 37.

v. 37.

Σπουδῇ παρπεπιθόντες, vix flectentes, ægre perſuadentes.
Ἑταίρου χωόμενον κῆρ, de ſodali iratum corde.

v. 40.

Πεπίθοιεν, perſuadere poſſent.

v. 43.

Μὰ Ζῆν', per Jovem.

v. 44.

Καρήατος ἆσσον ἱκέσθαι, ad caput prope accedere.

v. 45.

Πρὶν - ἐνὶ - θέμεναι πυρὶ, Antequam impoſuero igni.
Σῆμά τε χεῦσαι, tumulumque aggeſta terra fecero.

v. 46.

Κείρασθαί τε κόμην, Totonderoque comam.] C'étoit la coutume de ſe couper les cheveux ſur le tombeau de ceux qu'on pleuroit. Et cette coutume eſt fort bien marquée dans l'Ecriture ſainte. *Ezechiel* dit ſur Tyr: *& radent ſuper te calvitium. XXVII:* 31. On ne pouvoit donner une plus grande marque de devil. DAC.

v. 48.

Στυγερῇ πειθώμεθα δαιτὶ, inviſo pareamus epulo: *il faut obëir à la coutume, & aſſiſter à ce repas funebre.* DAC.

v. 49.

Ὄτρυνον, jube adhortans.

v. 50.

Ὕλην τ' ἀξέμεναι, Lignaque comportent.
Παρά τε σχεῖν, apponantque.

v. 54.

Ἄρα] *Ut æquum erat. — Ut debuerunt.* CLARK.
Τοῦ μάλα μὲν κλύον, ei maxime auſcultarunt.

v. 55.

Ἐσσυμένως, ſedulo, ſtudioſe, cum fervore. Vide ad Γ. 85.

v. 61.

Ἐν καθαρῷ] *In terra ſine ſtrato.* ERN.
Κλύζεσκον] *Alluere ſolebant.* Vide ſupra ad *X.* 155. & ad *B.* 221. CLARK.
Κλύζω *dicitur aliquando de* quodam ſonitu, quem edunt fluctus, *ut hic.* Conf. LENNEP *Animadv. ad Coluth. p.* 110.

v. 62.

v. 62.

Ἐῦτε, *adv.* quando, quum, ubi.

Τὸν ὕπνος ἔμαρπτε, hunc ſomnus cepit.

Μελέδημα, ατος, τὸ, cura, anxia & curioſa cogitatio. a μελεδαίνω, curo, ſollicitus ſum.

v. 63.

Κάμε φαίδιμα γυῖα, laſſatus erat pulchris membris.

v. 65.

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Πατρόκλῆος δειλοῖο, Supervenit vero anima Patrocli miſeri,] Ex hoc loco conſtat, nihil aliud de anima ſenſiſſe *Homerum*, quam illam eſſe immortalem, quod *in illius Vita Plutarchus* quoque obſervavit, unde Pythagoras & Plato ſuam ſententiam deſumſerunt. Quod autem *hanc animam Patrocli ipſi Patroclo ſimilem fuiſſe* dicit, inde colligebat Antiſthenes, ut refert *Euſtathius*, animas eſſe corpori ſimiles forma & ſpecie, id eſt, τῷ σώματι ὁμοιοσχήμονας. Chryſippus tamen dicebat, eas poſt mortem fieri σφαιροειδεῖς. Plato, inquit *Plutarchus in Homeri vita*, & Ariſtoteles animam incorpoream eſſe putaverunt, ſemper autem circa corpus verſari, atque hoc tanquam vehiculo indigere, propterea quod etiam, dum a corpore liberatur, ſæpenumero veluti imaginem ſpiritualem ejus formæ induit, quæ corpori fuerat. Quæ eo ſunt etiam referenda, ubi animas εἴδωλα appellat, ut *paullo poſt*. SPOND.

v. 66.

Πάντ', *Per* omnia.

v. 67.

Τοῖα περὶ χροῒ εἵματα ἕστο, tales corpori veſtes induta erat.

v. 69.

Ἐμεῖο λελασμένος ἔπλευ, mei oblitus es.

v. 70.

Ἀκηδέω, ῶ, *cum Gen.* negligo, non curo.

Ὀυ μέν μευ ζώοντος ἀκήδεις,] Il y a plus d'inhumanité & plus d'impieté à negliger un ami mort qu'un ami vivant, car celui-ci peut avoir d'autres reſſources : au lieu que le mort, ſi on l'abandonne, n'a rien à attendre des étrangers. DAC.

V. 71.

Θάπτε με ὅττι τάχιστα,] Quam ſtudioſe ſepulturam obſervaverint illi Veteres, *aliàs* quoque ſcripſimus. (Vide ad Z 60.) unde poſſit intelligi, cur eam nunc anima Patrocli exigat. Credebant enim, inſepultorum animas fluvium infernalem tranſire non poſſe, & citra ripam manere cogi, ubi torqueri miris modis exiſtimabantur, nimirum vago errore agitatæ, ut de anima Palinuri dixit quoque *in VI Lib. Virgilius.* Sed eam ſepulturam contemſit Diogenes, qui dicebat, ſi canes cadaver ſuum lacerarent, Hyrcanam ſepulturam fore: ſin vultures, Iberam. — At, ſi nullum animal accederet, ipſum tempus pulcherrimam ſibi fore ſepulturam, corpore a pretioſiſſimis rebus, ſole inquam & imbribus, abſumto. Socrates, ut eſt *in Phædone*, voluit ſepeliri, ut legibus eſſet conſentaneum. SPOND.

(ἵνα) Πύλας ἀΐδαο περήσω, (*ut*) portas Orci intrem.

V. 72.

Ψυχαὶ, εἴδωλα καμόντων, *animæ, ſimulacra defunctorum.* Tres in homine partes ſtatuerunt Ægyptii, docebantque trifariam in morte illum diſpeſci, ita ut pars omnino terreſtris, hoc eſt corpus craſſum, brutum omnique anima vacuum in terris remaneret; pars omnino ſpiritalis, videlicet mens rediret ad cœlum, unde fuerat divulſa; pars vero media, ſive corpus ſubtile, dilaberetur ad inferos. Partem dixi mediam, quod nonnihil retineret corporis, nonnihil mentis. Corporis ſiquidem omnimodam retinens ſimilitudinem, erat quaſi quædam ipſius *imago*, ſive *idolum.* Mentis item aliqua ſervans impreſſa veſtigia, vivere, cognoſcere, intelligere poterat. Itaque hinc colligitur evanidos eſſe Manes, quod mens ipſa avolarit, neque aliud in eis remanſerit, quam quædam (ſi ita loqui fas ſit) mentis ad locum ſuum profectæ inanis quaſi ſiliqua. Colligitur etiam, corpus illud tenue, ſive potius levem corporis umbram plena voce non uti, non apprehendi, non contrectari poſſe. Ex quibus ita expoſitis plura tum *Homeri* tum *Virgilii* loca lucem accipiunt. ut illud (*Æneid. VI.*)

— *pars*

— — — pars tollere vocem
Exiguam, inceptus clamor fruſtratur hiantes.

Item illud (*ibidem.*)

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago
Par levibus ventis, volucrique ſimillima ſomno.

Et *Homerus* paſſim vocat mortuos εἴδωλα καμόντων, tum etiam ἀμενηνὰ κάρηνα, *debilia capita, vixque exiſtere valentia.* Hanc ſententiam, tres in homine partes diſtinguentem, tutati ſunt Platonici fere omnes. Tradiderunt enim, ſpiritu, anima & corpore, conſtare hominem; corpore, craſſa nempe parte ac terreſtri; anima, h. e. corpore ſubtili, quale modo expoſuimus, quod nihil concreti, nihil ſolidi habeat, nihilo tamen minus corporis ſpeciem præ ſe ferat; ſpiritu, h. e. mente, parte pura ſimplicique, & materiei prorſus experte. Quinimmo & complures Chriſtianorum Patrum, quibus arriſit Plato, in eadem feruntur fuiſſe ſententia, locusque ex Paulo adducitur, qui & ipſe ſentire idem viſus eſt *priore ad Theſſalonic. epiſtola*, (*Cap. V. v.* 23.) ubi ait: *Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia, ut integer ſpiritus veſter, & anima & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chr. ſervetur.* τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα. Puto tamen, pro una eademque re ſumſiſſe Paulum τὸ πνεῦμα καὶ τὴν ψυχὴν, *ſpiritum & animam*: ita ut ſanctiſſimi Apoſtoli auctoritate abuti videantur, qui ex ejus verbis argumentum exprimere volunt ad trium illarum in homine partium diviſionem comprobandam ab Ægyptiis, Homero ac Platonicis traditam. Ad eundem plane modum verba Patrum interpretanda eſſe contendo, ubi cum Platone de animæ ac ſpiritus diſtinctione ſenſiſſe perhibentur. Inſtar omnium unus ſit *Athanaſius*, qui hæc habet in Oratione contra Gentes: *Oculorum eſt tantum videre, aurium audire, oris guſtare, narium olfacere, manuum tangere; ſed quæ videre, audire, tangere, guſtare & olfacere conveniat, non ſenſuum, ſed animæ, ejusque mentis eſt dijudicare.* ψυχῆς, καὶ τοῦ ταύτης νοῦ. Nonne clare liquet, cum animam ejusque mentem nominat, unum individuum ſpiritum a ſapientiſſimo viro intellectum eſſe,

& ad orationis ornatum vocabulum illud duplex adhibitum? RICC. *Diſſ. Hom. Tom. III. p.* 129. *ſqq.*

v. 73.

Μίσγεσθαι, miſceri aliis.

Ὑπὲρ, *cum Gen.* trans, ultra.

v. 74.

Ἀλάλημαι, erro. ab *ἀλάλημι, per reduplicationem*, pro ἄλημι, vagor, erro.

Ἀνὰ, circa, circum.

Εὐρυπυλὴς, έος, ὁ, ἡ, latas, amplas & ſpatioſas portas habens.

v. 75.

Ὀλοφύρομαι, *h. l.* obteſtor.

Οὐ γάρ ἔτ' αὖτις Νίσσομαι ἐξ αΐδαο, non enim amplius poſthac Redibo ex orco,] Ex hoc loco convincere licet, *παλιγγενεσίαν* Pythagoricam non agnoſci ab Homero. Tota autem iſta petitio Patrocli *tria* continet. *Primum* ſepulturam poſcit, quia ſe inſepulto anima ad Elyſias ſedes tranſire non poſſet. *Deinde* vaticinatur ipſi Achilli mortem. *Tertio* locum ſui ſepulcri indicat, quem jungi ipſius Achillis ſepulcro petit, ut, quos vita ſocietate junxit, mors, quæ omnia tamen alioqui ſeparat, eosdem non disjungat. Per occaſionem autem meminit Patroclus cædis a ſe per iram perpetratæ, quam etiam ſupra *Iliad. M.* vidimus. SPOND.

v. 76.

Ἐπήν με πυρὸς λελάχητε, poſtquam me ignis participem feceritis, *vel* poſtquam me rogo tradideritis.] Ils croyoient donc que les morts, qui revenoient, étoient les ames de ceux à qui on n'avoit pas encore fait des funerailles & qui n'avoient pas été enterrez, & ils croyoient auſſi que dès que cette ceremonie étoit faite, les morts ne revenoient plus. DAC.

v. 79.

Ἀμφιχαίνω, abſorbeo, deglutio. *propr.* circumhio. ex ἀμφὶ & χαίνω.

Λάχε γεινόμενόν περ, ſortito obvenit etiam naſcenti.

v. 82.

Ἐφήσομαι, fut. 1. Med. v. *ἐφίημι*, ex *inuſit.* *ἐφέω*, mando,

mando, præcipio. *Aliquando* eſt fut. 1. v. ἐφήδομαι, delector, gaudeo.

v. 86.

Ὑμέτερόνδ', ad veſtram *domum.* ſcil. δόμον.
Ὑπὸ *h. l.* propter.

v. 88.

Ἀστράγαλος, ου, ὁ, *h. l.* talus luſorius : ludus talorum. Inter alia *ludicra exercitia* erant quoque veteribus Græcis in uſu ἀστραγάλου πεττοὶ, *talorum calculi.* Patroclus *h. l.* dicit, ſe occidiſſe parvulum Amphidamantis filium ludo ἀστραγάλων, *talorum.*

— — ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθεὶς,
— — *ob talos iratus.*

Puerilis nimirum ille ludus fuit, ut teſtatur *Pauſanias* in *Eliacis*, *cap.* 24. ubi narrat Gratiarum mediam pictam cum talo : ἀστραγαλόν τε μειρακίων τε καὶ παρθένων, οἷς ἄχαρι οὐδέν πω πρόσεστιν ἐκ γήρως, τούτων εἶναι τὸν ἀστράγαλον παίγνιον· *Talus quidem adoleſcentulorum & virginum luſionem ſignificat ; quæ a natu grandioribus aliena, teneræ ætati non indecora eſt.* Hinc apud *Apollonium Argon. Lib. III. v.* 117. *ſq.* Cupido ac Ganymedes talis ludunt.

— — ἀμφ' ἀστραγάλοισι δὲ τώγε
Χρυσείοις, ἅτε κοῦροι ὁμηθέες ἑψιόωντο.
— — *hi vero talis (ludunt)*
Aureis, utpote pueri familiares luſitabant.

Notum quoque illud Dionyſii apud *Plutarchum* de fortitud. Alex. *pueros talis, viros juramentis eſſe fallendos :* Τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλοις, τοὺς δ' ἄνδρας ὅρκοις ἐξαπατᾷν. At vero proci Penelopes ludebant

Πεσσοῖσι προπάροιθε θυράων, — —
Calculis ante januam. — —

Odyſſ. I. v. 107. qua de re *Athenæus, Lib. I.* FEITH. *L. IV. C. VI.* §. *VII.*

In ludo talorum occidit Patroclus Amphidamantis filium νήπιος, οὐκ ἐθέλων, *imprudens*, *invitus*, eoque exulare apud Achillem coactus. Quod in hanc rem notavit Juriſconſ. *Claudius Saturninus Digeſt. de pœnis*, ſeu *Lib. XLVIII. tit. IX.* §. 16. *Apud Græcos*, inquit, *exilio voluntario*

luntario fortuiti caſus luebantur , ut apud præcipuum Poëtarum ſcriptum eſt , Iliad. Ψ. FEITH. *L. II. C. VIII.* §. *II.*

v. 90.

Ἐνδυκέως, *adv.* diligenter, accurate, humaniter, promto animo.

v. 91.

Ὁμὴ σορὸς, idem loculus.

Σορὸς, ῦ, ἡ, loculus, conditorium, ſepulchrum, urna.

v. 92.

Ἀμφιφορεὺς, έως, *Jon.* ῆος, ὁ, amphora, *i. e.* vas utrinque auriculas habens, quibus geſtari poteſt. ex ἀμφὶ & φέρω, fero.

Χρύσεος ἀμφιφορεὺς,] Hæc amphora donata eſt primum Dionyſio a Vulcano, cum in inſula Naxo ab eo eſſet exceptus hoſpitio. Dionyſius vero, cum eum poſtea Lycurgus inſequeretur, & is in mare fugiſſet, ubi eum Thetis humaniter excepit, dedit eam Thetidi: hæc filio, ut poſt mortem illius oſſa in ea reconderentur. SPOND.

v. 94.

Ἠθείη κεφαλὴ, venerandum caput: fraternum caput. *Mon cher frere.* DAC.

v. 97.

Ἀμφιβαλόντε ἀλλήλυς, complexi *Nos* invicem.

Ἀμφιβάλλω, *h. l.* complector, amplector.

v. 98

Τεταρπώμεθα, ſatiemur, nos ſatiemus. Vid. ad *v.* 10.

v. 99.

Ὠρέξατο χερσὶ φίλῃσιν, captavit protenſis manibus ſuis.

v. 100.

Ἔλαβε, prehendit.

v. 101.

Τετριγυῖα, ſtridens. Vide ſupra ad *B.* 314. CLARK. Cel. *Hemſterh.* ad Lucian. Tom. I. p. 470. ex Etym. M. in κρίκε docet, in quibusdam veteribus exemplaribus ſcriptum fuiſſe *hic*, aut *Odyſſ.* Ω. κεκριγυῖα· ὁ γὰρ Ποιητὴς φησι κεκριγυῖαι. ERN. κρίζω, ſtrido, ſtridorem edo.

Ταφὼν — ἀνόρουσεν, attonitus — exſurrexit.

v. 102.

V. 102.

Συμπλαταγέω, ῶ, manibus comploſis ſtrepitum edo. ex σὺν & πλαταγέω, crepito, crepitaculo ſonitum edo, manu pulſum edo. *quod* a πλαταγὴ, ῆς, ἡ, crepitaculum.

V. 103.

Ὢ πόποι, ἦ ῥά τις ἐςὶ καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι
Ψυχὴ καὶ εἴδωλον, ἀτὰρ φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν·
Papæ! certe igitur aliqua eſt & in Orci ædibus
Anima & ſimulacrum, ſed præcordia non inſunt omnino.

Grands Dieux, il eſt donc vrai que les ames ſubſiſtent encore dans les Enfers après la mort! mais elles ne ſont que l'image des corps qu'elles ont animez, & elles ſont ſéparées de leur entendement.] Achille dit cela comme une choſe qu'il avoit ſouvent ouï dire & dont il n'avoit pas été trop perſuadé. Ce paſſage prouve toujours que du temps d'Homere l'opinion, que l'ame ſubſiſte après la ſeparation du corps, étoit connuë. DAC.

V. 106.

Ἐφειςήκει, ſuperſtitit.

V. 107.

Ἔικτο, ſimilis erat.

Θέσκελον, mirum in modum.] ἀντὶ τοῦ, θεσκέλως, ὅ ἐςι, θείως καὶ θαυμαςῶς. *Schol.*

V. 108.

Ὑφ' — ὦρσε, excitavit.

V. 111.

Ἀξέμεν ὕλην, qui conveherent ligna.

V. 112.

Ἐπὶ — ὀρώρει, ad hoc — exortus eſt.

V. 114.

Οἱ δ' ἴσαν ὑλοτόμους πελέκεας] Vid. Hrn. Bodmers Betracht. über die Poetiſchen Gemählde der Dichter. *p.* 208. 209.

Ὑλοτόμος, ου, ὁ, ἡ, ad ſuccidendas arbores *vel* materiæ cædendæ aptus. ex ὕλη & τέμνω.

V. 115.

Σειράς τ' ἐυπλέκτας, Funesque bene tortos.

Ἄρ] *Ut fieri ſolet.* CLARK.

V. 116.

v. 116.

Ἀνάντης, εος, ὁ, ἡ, acclivis, arduus, ſurſum tendens. 2. difficilis. ex α pr. & ἀντάω, obviam eo.

Κατάντης, εος, ὁ, ἡ, declivis, proclivis, deorſum vergens. a καταντάω, ῶ, devenio, pervenio.

Παράντης, εος, ὁ, ἡ, acclivis pariter & declivis, obliquus, transverſus. ex παρὰ & ἀντάω, occurro.

Δόχμιος, ε, ὁ, ἡ, obliquus. a δοχμὸς, ἡ, ὸν, *idem.*

Πολλὰ δ' ἄναντα — ἦλθον, Multa vero ardua — transierunt. In his omnibus conjunctis ſubintell. χωρία, *loca.*

v. 117.

Κνημὺς προσέβαν, ad ſaltus venerunt.

v. 118.

Ἀυτίκ' ἄρα] *Statim deinceps.*

v. 119.

Τάμνον ἐπειγόμενοι, Cædebant feſtinantes.

v. 120.

Διαπλήσσω, ictu perfringo, ictu diffringo, diffindo.

v. 121.

Ἔκδεον ἡμιόνων, Alligabant mulis.

Ἐκδέω, alligo, religo.

Δατεῦντο, carpebant.

v. 122.

Ἐλδόμεναι πεδίοιο, Cupientes pervenire ad campum.

v. 123.

Ὑλοτόμος, ε, ὁ, lignorum cæſor, lignator.

Φιτρὸς, ε, ὁ, ſtipes, truncus.

v. 125.

Κὰδ δ' ἄρ' ἐπ' ἀκτῆς βάλλον, Atque in littus dejecerunt.

Ἔνθ' ἄρ'] *Ubi ſcilicet.*

v. 126.

Φράσσατο, Deſignaverat. Φράζομαι, delibero, ſtatuo.

Ἠρίον, ε, τὸ, monumentum, ſepulchrum.

v. 127.

Παρεκάββαλον, appoſuerant.] Idem eſt quod ſimplex κάββαλον, *depoſuerant.* Bene comparat *Euſtathius* παρακαταθήκην & καταθήκην. ERN:

v. 130.

Χαλκὸν ζώννυσθαι, Ære cingi: καθοπλίζεσθαι.

v. 131.

v. 131.

Ὤρνυντο, feſtini ſurrexerunt.
Ἐν τεύχεσσιν ἔδυνον, arma induerunt.

v. 132.

Παραιβάτης, ου, ὁ qui præter aurigam currum conſcendit, & ex eo pugnat; curulis pugnator. a παραβαίνω, transgredior, tranſcendo.

v. 133, 134.

Pompam funebrem olim vel equis vel rhedis vecti ducere aſſueverant; tamen virorum, quos ſupra vulgus hominum reverebantur, funus pedibus omnes proſequebantur: eum autem honorem Theophraſti memoriæ, quo ejus eximias virtutes prædicabant, perſolviſſe dicuntur Athenienſes a *Diogene Laertio* in *Theophraſto*. Funus proxime aſſequebantur cognati, reliqui remotiores progrediebantur: aliquando viri præibant capite detecto; iis vero inſtabant mulieres. Patrocli funus exportabatur militum Græcorum corona cinctum.

Πρόσθε μὲν ἱππῆες, μετὰ δὲ νέφος εἵπετο πεζῶν,
Μυρίοι. ἐν δὲ μέσοισι φέρον Πάτροκλον ἑταῖροι.
Ante quidem curribus vecti, pone vero nubes ſequebatur peditum,
Frequentiſſimi: in mediis autem ferebant Patroclum ſocii.

POTT. *Tom. II. p.* 159.

v. 135.

Καταέννυμι, *vel* καταεννύω, induo, veſtio: tego. ex κατὰ & ἕννυμι *vel* ἐννύω, induo.

Veteres *in luctu* inter alia etiam capillos vellere, reſcindere, imo ſæpius abradere aſſueverant: nec illorum partem tantum deponere quemvis decebat. Electra enim apud *Euripidem* in *Oreſte v.* 128. Helenam redarguit, quia comis pepercerat, iisque defunctos fraudarat. Notior eſt hæc conſuetudo, quam ut exemplis firmari indigeat. Diverſa ratione capillos diſtribuebant: aliquando in funus injiciebantur; ut patet exemplo Patrocli, in cujus cadavere, ut bonum affectum & reverentiam erga illum proderent, capillos ſparſerunt Græci.

Θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυσαν, ἃς ἐπέβαλλον
Κειρόμενοι. — — — —

Capillis

Capillis vero totum mortuum tegebant, quos injiciebant Tondentes. — — — —

Ejuſdem moris meminit *Statius Thebaid. Lib. VI.*

— tergoque & pectore fuſam
Cæſariem ferro minuit, ſectisque jacentis.
Obnubit tenuia ora comis. —

POTT. *Tom. II. p.* 162. add. FEITH. *L. I. C. XIII.* §. *VI.*

v. 136.

Antiquiſſimi Græci corpora efferebant ſine ullo vehiculo; unde, (obſervante *Euſtathio,*) dum Patrocli funus a Myrmidonibus exportabatur, ejus caput ſuſtentabat Achilles.

— ὄπιθεν δὲ κάρη ἔχε δῖος Ἀχιλλεύς.
— pone autem caput manibus ferebat nobilis Achilles.

POTT. *Tom. II. p.* 158.

v. 137.

Πέμπ' ἀϊδόσδε, pompa funebri mittebat ad orcum.

v. 139.

Μενοεικέα νήεον ὕλην, affatim accumularunt materiam.

Μενοεικέα] πολλήν. *Schol.*

Νηέω, ῶ, glomero, acervo, cumulo. a νέω, *idem.*

v. 140.

Ἄλλ' ἐνόησε, aliud animo deſignavit.

v. 141. 142.

Non raro in rogum funebrem conjiciebatur cæſaries cum cadavere amici concremanda; quod in Patrocli funere ab Achille uſurpatum *h. l.* dicitur.

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην,
Τήν ῥα Σπερχειῷ ποταμῷ τρέφε τηλεθόωσαν·
Stans ſeorſum a pyra flavam abſcidit comam,
Quam ſane Sperchio fluvio alebat floreſcentem.

POTT. *Tom. II. p.* 162. add FEITH. *L. III. C. X.* §. *VI.*
HADR. JUNII *de Coma Comment. p.* 525. *ſq.*

v. 144.

Ἄλλως — ἠρήσατο, fruſtra — vovit.

v. 145.

Κεῖσέ με νοστήσαντα, Illuc me reverſum.

v. 146.

Κερέειν, abſciſſurum.

v. 147.

v. 147.

Ἔνορχος, ὁ, ἡ, teſticulatus. ab ὄρχις, εως, ὁ, teſticulus.

Ἔνορχα — μῆλ', maſculas — oves.

Πηγῇ αὐτόθι, ibidem.

v. 148.

Ἐς, Ad.

v. 149.

Νόος *h. l.* votum.

v. 151.

Κόμην ὀπάσσαιμι φέρεσθαι, comam dabo ſecum ferendam.

Coma, quia Deo in teſtimonium animi grati ob curam educationis habitam conſecrata, dicebatur πλόκαμος θρεπτήριος: Apollini vulgo dicabatur, teſte *Plutarcho* in *Theſeo*, qui juxta conſuetudinem Græcorum adoleſcentum ad comarum primitias Deo loci domino dicandas Delphos profectus eſſe dicitur. Sed ad pauperiores homines, qui hujusmodi itinerum ſumtibus ſuſtinendis impares erant, nullo modo ſpectabat hæc religio, nec ad illum honorem Apollini perſolvendum adſtricti erant opulentiores; quandoquidem aliis Diis, præſertim iis, qui a cunabulis illorum ſaluti invigilaſſe & ad ætatem virilem incolumes perduxiſſe credebantur, eundem honorem tribuere aſſueverant. Res tam nota eſt, ut nulla probatione indigeat. Tantum obſervatu dignum eſt, Deos fluviatiles ea reverentia dignos cenſeri: quæ ſuperſtitio originem debere videtur nonnullorum Philoſophorum ſententiæ, qui omnia ex aqua fieri, nutriri & fœcundari ſtatuebant: unde Deos aquaticos æque ac Apollinem κουροτρόφους cognominarunt Poëtæ, quia ad viventium nutritionem requiruntur æque ac ſol, cujus calor deficiente humido eodem non valeret, teſte *Euſtathio* ad *Iliad.* Ψ. ubi hanc rem fuſius enarrat: unde ob vitæ donum & conſervationem animus gratus utrisque (parentibus ac liberis) deberi credebatur. Unicum exemplum afferam comarum flumini dicatarum, quo, quæ jam de hujus moris origine diximus, firmabuntur. Achilles enim fluvio Sperchio comam ſacram facit ea conditione, ut ſalvus & incolumis domum redeat, & deinceps, quum deprehen-

diſſet a fatis decretum eſſe, ſe Trojæ occubiturum, eam detondit. Unde colligi poteſt, ſuos capillos Diis donaſſe, in animi grati indicium, eo quod illorum vitam tuiti fuerant.

Atque conſuetudo, Deo comam alendi, apud pleraſque gentes obtinuiſſe videtur. Judæorum Nazaræi ſatis omnibus noti ſunt. Ægyptios ex antiquiſſimis temporibus eundem morem habuiſſe, e *Diodori Siculi libro primo* conſtat, ubi Oſiris cæſariem ſuam Diis voviſſe dicitur. Denique *Arrianus*, de rebus Indicis agens, refert, Indos *κομᾷν τῷ Θεῷ*, *comam Deo nutrire*, a Libero edoctos eſſe. POTT. *Tom. II. p.* 229. 230. add. JUNII *de Coma Comment. p.* 509.

v. 154.

Ἔδυ, occidiſſet.

v. 155.

Εἶπε, dixiſſet.

v. 157.

Γόοιο μὲν ἐςὶ καὶ ἆσαι, luctu quidem licet etiam *aliàs* ſatiari.

v. 159.

Ἀμφιπονησόμεθ', curabimus. v. ἀμφιπονέω, ῶ, ſatago, occupor in aliqua re.

v. 160.

Κήδεός ἐςι νέκυς, cura juſtorum pertinet mortui. *vel*, cura dignus eſt mortuus.

Κηδεος, cura *ſeu* ſepultura dignus. a κῆδος, εος, τὸ, cura, ſolicitudo: exſequiæ, funus, parentalia, cura funeris.

Ἀγὸς, ȣ, ὁ, dux. Γ. 231.

Ταγὸς, ȣ, ὁ, dux, imperator, præfectus, præſes. a τάσσω, *vel* τάττω, ordino, conſtituo, impero.

Παρὰ δ' οἵ τ' ἀγοὶ ἄμμι μενόντων, duces vero nobiſcum maneant.

v. 163.

Κηδεμὼν, όνος, ὁ, curator, qui rei alicujus curam gerit. 2.) *h. l.* funeris curator, funerator. a κῆδος, εος, τό.

Παρ' αὖθι, ibidem.

v. 164.

v. 164.

Ἑκατόμποδος, ου, ὁ, ἡ, centum pedes æquans, centum pedum.

Ἔνθα καὶ ἔνθα, quaquaverſus.] τῇδε κἀκεῖσε, κατὰ μῆκος καὶ πλάτος. *Schol.*

v 165.

Πυρῇ ὑπάτῃ] νῦν, ἐν μέσῳ καὶ ἐξέχοντι μέρει τῆς πυρᾶς. *Idem.*

v. 167.

Δέρω, excorio, pellem detraho.

Ἀμφέπω, curo: diſpono.

v. 169.

Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, Ad pedes a capite.

Δρατὸς, *per Metath.* pro δαρτὸς, ἡ, ὸν, excoriatus. a δέρω.

v. 170.

Ἄλειφαρ, ατος, τὸ, unguentum. 2.) oleum. 3.) adeps. ab ἀλείφω, ungo.

v. 171.

Πρὸς λέχεα κλίνων, ad feretrum acclinans.

v. 164 — 176.

Rogi, in quibus corpora comburebantur, dicebantur πυραί: quæ nec in eandem figuram, nec ex eadem materia conſtrui ſolebant; ſed diverſæ erant, prout tempus, locus, & aliæ circumſtantiæ ferebant.

Corpus in ſumma pyra reponebatur, nec vulgo ſolum comburebatur; quandoquidem præter diverſa animalia, quæ in rogum injiciebantur, in funere viri genere clari plures ſervi aut captivi concremari, & unguenta odoramentaque pretioſa in flammis effundi aſſueverant.

Corpus autem animalium adipe cooperiri ſolebat, ut citius a flammis abſumeretur, juxta *Euſtathium*; inſigne enim beneficium credebatur, quando cadaver properato in cineres redigebatur: quocirca, quum plurima corpora in eadem pyra comburebantur, totum funus ita componi ſolebat, ut pinguiora & combuſtibiliora corpora ad vim igni addendam cum corporibus contrarii temperamenti ſecundum proportionem diſtribuebantur, ita ut decem virorum corporibus unius mulieris corpus additum ſit, prout ſcribunt *Plutarchus* in *Sympoſ. Lib. III.*

Quæſt. II. & *Macrobius Saturnal. Lib. VII. Cap. VII.* POTT. *Tom. II. p.* 171. 172. add. FEITH. *L. I. C. XIV. §. II. & §. V.*

v. 176.

Κακὰ δὲ φρεσὶ μήδετο ἔργα, mala enim mente ſtruebat opera: *Car l'excès de ſa douleur & un deſir outré de vengeance ne lui permettoient pas de garder aucune moderation.*] C'eſt le ſens de ces mots: κακὰ δὲ φρεσὶ μήδετο ἔργα. Homere les ajoute avec beaucoup de ſageſſe pour inſtruire ſon lecteur, & pour lui faire connoître qu'il abhorre cette inhumanité & qu'elle eſt très-condamnable. DAC.

v. 177.

Ἐν — ἧκε, Immiſit.

Πυρὸς μένος] Περιφραστικῶς, τὸ πῦρ. } *Schol.*
Σιδήρεον] νῦν, ἰσχυρόν. }

Ὄφρα νέμοιτο, ut depaſceret.

v. 186.

Ῥοδόεις, όεσσα, όεν, roſaceus, roſeus, ſuaviſſimus. a ῥόδον, ȣ, τὸ, roſa.

v. 187.

Ἀποδρύφω, *idem quod* ἀποδρύπτω, dilacero, dilanio, diſcerpo. ex ἀπὸ & δρύφω, *vel* δρύπτω, lacero, lanio.

Ἑλκυστάζω, trahendo rapto. ab ἑλκύω, traho.

v. 186. 187.

Iliacis temporibus, ſi *Plinio* credimus, *Lib. XIII. Cap. I.* unguenta nulla erant: Oleum duntaxat adhibebant, admiſto odore ex fruticibus, & præcipue quidem e roſa: unde *roſaceum* unguentum ab Homero laudatur, quo Venus Hectorem inunxit.

— — ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίῳ,
Ἀμβροσίῳ — —
— — *roſaceo unxit oleo*
Divino. — —

quod *alibi* vocavit ἑδανὸν, & τεθυωμένον, ubi de Junone loquitur, *Iliad.* Ξ. *v.* 170 *ſqq.* POTT. *Tom II. p.* 310. add. FEITH. *L. III. C. IX. §. IV.*

v. 190.

Ἔπεῖχε νέκυς, obtinebat cadaver.

Μένος ἠελίοιο] Περιφραστικῶς, ὁ ἥλιος. *Schol.*

v. 191.

v. 191.

Σκήλῃ, Siccaret. aor. 1. ſubj. *Æol.* pro σκείλῃ, v. σκέλλω, exſicco, arefacio, attenuo.

Ἶνεσιν, ἠδὲ μέλεσσιν, nervis, atque artubus.

v. 197.

Φλεγέθοιατο, comburerent.

v. 198.

Ὕλη τ' ἐσσεύοιτο καήμεναι, Lignaque propere arderent.

v. 192 — 198.

A defunctorum proximis cognatis aut amicis, qui ventorum afflatum, quo flammæ viribus auctæ corpus in cineres mature conſumerent; ſupplicibus votis ſollicitabant, accendi ſolebat pyra. Sic *h. l.* Achilles, igne Patrocli rogo admoto, Boream & Zephyrum precatur, ut viribus junctis ad ejus auxilium advolent. POTT. *Tom. II. p.* 173.

v. 199.

Ἀρά ων ἀΐουσα, Vota exaudiens.

Ἦλθ', venit ad —.

v. 200.

Ἔνδον, in domo.

v. 201.

Εἰλαπίνην δαίνυντο, Convivium celebrabant.

v. 203.

Κάλεον δέ μιν εἰς ἓ ἕκαστος, vocabantque eam ad ſe quiſque.

v. 204.

Ἀνήνατο, recuſavit.

v. 207.

Μεταδαίσομαι ἱρῶν, particeps ſim ſacrificiorum.

v. 210.

Ὄρσητε καήμεναι, ſuſcitetis, ut ardeat.

v. 212.

Ὀρέοντο, ire properabant.

v. 213.

Νέφεα κλονέοντε πάροιθεν, nubes vi agentes præ *ſe.*

v. 214.

Ἀήμεναι, flando: ut flarent.

v. 215.

Πνοιῇ ὑπὸ λιγυρῇ, Flatus vi canori: Flatu a vehementi.

v. 216.

Ἐν δὲ πυρῇ πεσέτην, Rogoque incubuerunt.

v. 218.

Φυσῶντες λιγέως, Flantes ſtridule.

v. 218 — 221.

Dum rogus ardebat, defuncti amici adſtantes vina libabant, ejusque manes invocabant. Eum in morem Patrocli funera per totam noctem celebravit Achilles. POTT. *Tom. II. p.* 174.

v. 223.

Νύμφιος, ου, ὁ, ſponſus. *apud Hom. dicitur*, qui ante unum aut plures annos uxorem duxit. a νύμφη, ſponſa.

v. 225.

Ἑρπύζω, repto, ſerpo, proclinato corpore ſenſim gradior. ab ἕρπω, *idem.*

Ἀδινὰ, *adv.* crebro.

v. 226.

Ἑωσφόρος, ου, ὁ, lucifer, ſtella auroræ prænuntia. ab ἕως, ω, ἡ, aurora: & φέρω.

Εἶσι, venit.

Ἐρέων] ἀπαγγέλλων. *Schol.*

v. 227.

Ὑπεὶρ, ſuper. *Poët.* pro ὑπέρ.

Κίδναται, ſpargitur.

v. 229.

Νέεσθαι, ut redirent.

v. 230.

Θρηίκιον κατὰ πόντον, Thracium per pontum.

v. 232.

Ἐπὶ — ὄρουσεν, *ei* cito ſupervenit.

v. 237 — 239.

Poſtquam flamma deſævierat, *rogus extinguebatur vino*, & *oſſa*, quæ ſupererant, *legebantur.*

Πρῶτον μὲν κατὰ πυρκαϊὴν σβέσατ᾽ αἴθοπι οἴνῳ
Πᾶσαν, ὁπόσσον ἐπέσχε πυρὸς μένος· αὐτὰρ ἔπειτα
Ὀστέα Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο λέγωμεν.
Primum quidem pyram extinguite nigro vino
Totam, quantum occupavit ignis vis: at deinde
Oſſa Patrocli Menoetiadæ legamus.

Idem

Idem in Hectore factum dicitur totidem pene verbis. *Iliad. XXIV. v.* 791. *ſqq.* At Achillis oſſa lecta

Οἴνῳ ἐν ἀκρήτῳ καὶ ἀλείφατι, —

In vino puro & unguento ——

Odyſſ. XXIV. v. 73. Præſtabant hoc officium *maxime neceſſarii.* Sic apud *Pindarum Pyth. Ode VIII. antiſtr. γ. v.* 7. Adraſtus

— — *θανόντος ὀστέα λέξαις*

Υἱοῦ, — — — —

— — *interfecti oſſa colligens*

Filii, — — — —

Tibullus, *Lib. I. Eleg. III. v.* 5. *ſq.*

— — *Non hic mihi mater*

Quæ legat in moeſtos oſſa peruſta ſinus.

FEITH. *L. I. C. XIV. §. VII.*

v. 240.

Ἀριφραδής, έος, ὁ, ἡ, valde manifeſtus, inſignis. ex ἀρι & φραδής, έος, prudens, conſultus.

v. 240 — 242.

Non erat difficile, *diſtinguere oſſa ac cineres cadaveris* a reliquis pyræ aggeſtis; quandoquidem *hoc ſitu cremabatur, ut eſſet ab aliis omnibus ſeparatum;* ſicuti Achilles *h. l.* docet de Patroclo:

Εὖ διαγιγνώσκοντες· (ἀριφραδέα δὲ τέτυκται·

Ἐν μέσσῃ γὰρ ἔκειτο πυρῇ, τοὶ δ' ἄλλοι ἄνευθεν

Ἐσχατιῇ καίοντ' ἐπιμὶξ ἵπποι τε καὶ ἄνδρες.)

Bene diſcernentes: (cognitu facilia enim ſunt;

In media namque jacebat pyra, alii vero ſeorſum

In extrema ora cremabantur promiſcue equique & viri.)

Quod æque clare notat in funere Achillis *Quintus Smyrnæus*, *Lib. III. Troj. Exp. v.* 725. non permiſta videlicet illius oſſa cum aliis, qui

Βαιὸν ἄπωθε κέοντο περὶ νέκυν, ὃς δ' ἐνὶ μέσσοις

Ῥιπῇ ὑφ' Ἡφαίστοιο δεδμημένος, οἶος ἔκειτο.

Haud longe jacebant circa cadaver, quod in medio,

Vulcani æſtu conſumtum, jacebat ſeparatim.

FEITH. *L. I. C. XIV. §. VII.* add. POTT. *Tom. II. p.* 175. 176.

v. 243. 244.

Oſſa lecta *in urnam reponebantur*; uti de Hectore, *Iliad. XXIV. v.* 795.

> Καὶ ταγε χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες,
> Πορφυρέοις πέπλοισι καλύψαντες μαλακοῖσιν·
> *Et hæc collecta in auream urnam poſuerunt,*
> *Mollibusque purpureis peplis obtexerunt.*

At Achilles *h l.* Patrocli oſſa in auream phialam duplici adipe recondidit, ſubtili linteo contecta; & quidem in tentorio juſſit reponi, donec ſui mortui oſſibus conjuncta, eodem tumulo inferrentur.

> Καὶ τὰ μὲν ἐν χρυσέῃ φιάλῃ καὶ δίπλακι δημῷ
> Θείομεν, εἰσόκεν αὐτὸς ἐγὼν ἄϊδι κεύθωμαι.
> κ. τ. λ.
> *Et ea quidem in aurea phiala & duplici adipe*
> *Ponamus, donec ipſe ego inferorum domo condar.*
> *&c.*

Quod re ipſa effectum in Achillis funeratione dicitur *Odyſſ. XXIV. v.* 74. & 77. ubi ejus oſſa lecta

> Ἐς χρυσεον ἀμφιφορῆα· — —
> Μίγδα δὲ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο θανόντος.
> *In auream urnam.* — —
> *Commixtis oſſibus Patrocli Menoetiadæ demortui.*

FEITH. *L. I. C. XIV. §. VIII.*

v. 245.

Τύμβον — ὐ μάλα πολλὸν, Tumulum — non admodum magnum.

Πονέεσθαι ἄνωγα, fieri volo.

v. 246.

Ἀλλ' ἐπιεικέα τοῖον, Sed mediocrem quendam.] Sic contra Latini *improbum* pro *valde grandi.* Vid. Intt. ad Suet. Veſpaſ. c. 23. ἐπιεικὴς porro eleganter jungitur cum τοῖος, quod hic *magnitudinem* indicat. *Plato* in Critone T. I. p. 43. A. ἐπιεικῶς πάλαι. ERN.

v. 247.

Τιθήμεναι, facite: facere *poteſtis.*

Ἐμεῖο Δεύτεροι, me Poſteriores.

v. 248.

Λίπησθε, relinquemini.

v. 253.

Ἄλλεγον, Collegerunt. *pro* ἀνάλεγον, & hoc *pro* ἀνέλεγον. v. ἀναλέγω, colligo.

v. 254.

Ἑανῷ λιτὶ] Non, *Peplo ſubtili*; quo modo reddunt verſiones plurimæ: Sed, *Tenui linteo.* Vide ſupra ad Σ. 352. & ad Γ. 385. Male itaque interpretatur *Scholiaſtes*, Ἁπαλῷ καὶ λιτῷ ἱματίῳ. CLARK.

v. 255.

Τορνόω, ῶ, torno. 2.) rotundum facio, circulo circumſcribo. a τόρνος, ου, ὁ, tornus, inſtrumentum, quo aliquid tornatur & excavatur.

v. 255. 256.

Patrocli ſepulcrum torno deſignatum, jactis circa pyram fundamentis:

Τορνώσαντο δὲ σῆμα θεμείλιά τε προβάλοντο
Ἀμφὶ πυρήν. — — — —
Circulo autem deſignarunt tumulum, fundamentaque jecerunt
Circa pyram. — — — —

Poſtremum *terra ſuperfuſa.*

— — εἶθαρ δὲ χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν.
— — *& ſtatim fuſilem terram aggeſſerunt.*

Qua in re præcipua apud Græcos poſita *ratio ſepulturæ*; quippe qui non cenſebant eam rite peragi, niſi injecta erat terra. Neſtor inde inſepultum notans,

— — οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν.
— — *neque ei mortuo fuſilem terram infuderunt.*

Odyſſ. III. v. 258. Contra Tydeus tumulatus *Iliad. XIV. v.* 114.

— — ὃν Θήβῃσι χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψε,
— — *quem Thebis aggeſta terra cooperuit.*

Sic *Virgil. Æneid. VI. v.* 365.

— — — *aut tu mihi terram*
Injice. — — — — — —

Horat. Carm. Lib. I. Ode XXVIII. v. ult.

Injecto ter pulvere curras.

Atque hoc pacto infuſam terram τύμβον & σῆμα *Homerus* vocat; Latini *tumulum*, a tumente terra. FEITH. *L. I. C. XV. §. I.* add. POTT. *Tom. II. p.* 181.

N 5 v. 257.

v. 257.

Χεύαντες — τὸ σῆμα, Aggeſto — tumulo.

Πάλιν κίον, redierunt.

v. 258.

Αὐτοῦ λαὸν ἔρυκε, Ibidem populum detinuit.

Ἵζανεν εὐρὺν ἀγῶνα, ſedere fecit lato ambitu ſpectatores. *Vel*, inſtituit ludos. *il veut clorre ſes funerailles par des jeux & par des combats.* DAC] Poſt funus abſolutum Græcis fuit moris, gymnica certamina & equeſtria celebrare in defuncti memoriam, ut *h. l.* vides, ubi Achilles illa inſtituit omni genere præmii pro genere certaminis propoſito. His comparanda ſunt diligenter ea, quæ *Virgilius Æneid. V.* ſcribit, & *Papinius VI. Thebaidos*, Æneidi non cedentis. Romani hoc etiam obſervarunt, funebresque ludos appellabant, qui plerumque erant gladiatorii: ſed & munera etiam populo diſtribuebant, ut notat *Alex. Lib. III.* SPOND. add. FEITH. *L. IV. C. VI. §. I.* ROSINI *Antiq. Rom. Lib. V. Cap. XXIV.*

v. 259.

Νηῶν — ἔκφερ' ἄεθλα, E navibus — extulit præmia.

v. 260.

Βοῶν - ἴφθιμα κάρηνα] Περιφερεστικῶς, βοῦς. *Schol.*

v. 261.

Πολιόν — σίδηρον, ſplendidum — ferrum: *des armes & des talens d'or.* DAC. Non tam *ſplendidum* ferrum, quam *recens*, a colore: ut poſt recens lebes & phiala. ERN.

v. 264.

Ὠτώεις, ώεσσα, ῶεν, auritus, aures habens. 2.) *h. l.* anſatus, habens anſas. ab οὖς, ὠτὸς, τὸ, auris. ὦτα *etiam ſign.* anſæ vaſorum.

Εἰκοσίμετρος, ου, ὁ, ἡ, viginti menſuras capiens, viginti menſurarum. ab εἴκοσι, viginti: & μέτρον, menſura.

v. 266.

Ἑξέτης, ου, ὁ, ἡ, ſexennis. ab ἕξ & ἔτος, annus.

Βρέφος, εος, τὸ, infans. 2.) fœtus animalis cujuscunque.

Βρέφος ἡμίονον, fœtum mulum.

Κυέω, in utero geſto, concipio. a κύω, *idem.*

v. 268.

Κεχανδὼς, capiens; capax. præt. part. Med. *Poët.* pro κεχαδὼς, v. χάζω, capio, capax ſum. v. 270.

v. 270.

'Αμφίθετος, ε, ὁ, ἡ, qui utrinque poni poteſt, qui ex omni parte poteſt ſtatui, duplex. ex ἀμφὶ & τίθημι.

'Απύρωτος, ε, ὁ, ἡ, ignem non expertus, igni nunquam admotus, *itaque* novus. Vid. ad *I. v.* 122.

v. 273.

'Ιππῆας τάδ' ἄεθλα δεδεγμένα κεῖτ', Aurigas hæc præmia expectantia jacent.

'Εν ἀγῶνι, in circo.] νῦν, ἐν τῷ ἀγῶνος τόπῳ. *Schol.*

v. 274.

Accedebant poſtremo in funere inſigniorum virorum *ſolennes ludi ac certamina* omnis generis. Quod *toto hoc Libro Iliados* ampliſſime narratur præſtitum Patroclo. Ibi *v.* 680. & obtinuiſſe dicitur in funere Oedipi Regis Thebani, quo primas tulit in certamine Euryalus. Achilli etiam ſepulto varios ludos exhibuerunt Achivi, *Odyſſ. XXIV. v.* 85. *ſqq.* & quidem majori pompa, quam ulla Heroum aut Principum virorum. Idem feciſſe Herculem, mortuo Pelope, ſcribit *Dionyſius Halicarnaſſeus*, *Lib. V.* Conſecutus etiam hunc honorem Braſidas apud *Thucydidem*, *Lib. V.* Miltiades apud *Herodotum* in *Erato*, ſ. *Lib. VI. c.* 38. Timoleon apud *Plutarchum*, *Tom. I. Opp.* aliique infiniti. Primum vero omnium inſtitutos ludos funebres Azani defuncto, tradit *Pauſanias* in *Arcadicis*, ſ. *Lib. VIII. c.* 4. 'Επὶ δὲ 'Αζᾶνι τῷ 'Αρκάδος τελευτήσαντι ἆθλα ἐτέθη πρῶτον· εἰ μὲν καὶ ἄλλα, οὐκ οἶδα· ἱπποδρομίας δὲ ἐτέθη. *Azani vero in Arcadia vita defuncto, ludi funebres primum facti; haud ſcio, an & alii ludi, de equiriis certe affirmare poſſum.* Ritus hic, ut alii multi, a Græcis ad Romanos tranſiit, cujus plurima exempla extant, præſertim in hiſtoria Imperatorum. FEITH. *L. I. C. XV. §. VII.*

'Επὶ ἄλλῳ, alterius gratia.

'Αεθλεύοιμεν, certaremus.

v. 275.

Φεροίμην, ferrem.

v. 276.

'Αρετῇ περιβάλλετον, virtute ſuperant.

v. 279.

Μενέω, quieſcam.

v. 280.

Σθένος] *Al.* κλέος, CLARK. σθένος ἐσθλὸν ἡνιόχου eſt periphraſis aurigæ, ut μένος πυρὸς, & ſimilia. Ceterum arbitror interpungendum poſt ἡνιόχοιο, τοῖο ἡνιόχοιο σθένος ὤ. *egregium enim aurigam amiſerunt*. deinde partes laudis, qui *mitis* erat equis, & *benignus* in curando. De τοῖος in laude dixi ad *Callim.* H. in Del. 27. ERN.

v. 281. 282.

Veteres *aqua jubas equorum lavare ſoliti*, *oleo deinde affuſo*; quod ſæpius equis ſuis a Patroclo dicit præſtitum Achilles.

— — — μάλα πολλάκις ὑγρὸν ἔλαιον
Χαιτάων κατέχευε, λοέσσας ὕδατι λευκῷ.
— — — *admodum ſæpe humidum oleum*
Jubis ſuperfundebat, *lavans aqua limpida.*

Nempe ut hoc pacto vegetiores ac nitidiores apparerent. FEITH. *L. IV. C. XI. §. II.*

v. 283.

Πενθείετον, lugent.

v. 284.

Ἐρηρέδαται, profuſæ ſunt: nixæ *ſeu* fixæ ſunt. perf. ind. Paſſ. *Jon.* pro ἐρηρεισμένοι εἰσί, v. ἐρείδω, figo.

Ἑστᾶτον, ſtant.

v. 285.

Ἄλλοι, *Vos* ceteri.

Στέλλομαι *h. l.* accingor, inſtruor, paror. Conf. WOLFII *Cur. Philol.* ELSNERI *Obſerv. Sacr.* ALBERTI *Obſerv. Phil.* in 2. *Theſſ. III. 6.* στέλλεσθαι ὑμᾶς ἀπὸ παντὸς ἀδελφοῦ κ. τ. λ.

v. 287.

Ἔγερθεν, ſurrexerunt.

v. 292.

Ὑπεκσαώζω, libero, e periculo eripio: e media morte eripio.

v. 298.

Αὐτοῦ τέρποιτο μένων, ibidem deliciis frueretur manens.

v. 300.

Μέγα δρόμου ἰσχανόωσαν, admodum curſus cupidam.

v. 304.

Φέρον ἅρμα, agebant currum.

v. 305.

v. 305.

Μυθεῖτ' εἰς ἀγαθὰ, φρονέων νοέοντι καὶ αὐτῷ, Dixit in bonum, monens intelligentem etiam per ſe. *Vel*, Conſulebat ad honeſta, prudens intelligenti & ipſi.

v. 306.

Ἀντίλοχ', ἤτοι μέν σε νέον] Non ſine cauſa Neſtor ἱππηλάτης dicitur, ut qui eorum moderationem apprime calleat: quod hac oratione docet, qua filio ſuo Antilocho currum in hoc equeſtri certamine regendi modum præcipit. Is in cauta metæ flexione conſiſtit, quam deſcribit, ad eamque non tam celeritatem equorum, quam induſtriam requiri docet. SPOND.

v. 309.

Ἐλισσέμεν, *equos* flectere.

v. 310.

Βάρδιστοι θέειν, Tardiſſimi curſu.

Βαρδὺς, *metri cauſa*, pro βραδὺς, εῖα, ὑ, tardus, ſegnis.

Τῷ τ' οἴω λοίγι' ἔσεσθαι, ideoque puto damnoſa eventura.

v. 311

Ἀφάρτεροι, ἔρα, ερον, velocior, pernicior, celerior. *Comparat.* ab ἄφαρ, *adv.* ſtatim, celeriter.

v. 312.

Σέθεν αὐτοῦ, te ipſo.

v. 313.

Ἄγε δή] *Age quæſo.*

Φίλος, dilecte.

Ἐμβάλλεο, reconde.

Μῆτιν — Παντοίην] Non *conſilium omnigenum*, quod nihili eſt, nec ſenſum hic habet. Sed παντοῖον dicitur in laudem, eſtque hic *valde bonum.* intelligit conſilium, quod ipſi daturus erat. ERN.

v. 314.

Παρεκπροφύγῃσιν ἄεθλα, quo caſu fugiant præmia.

v. 315.

Μήτι τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων, ἠὲ βίηφι,

Arte tibi faber lignarius longe præſtantior, quam viribus.] Non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporum res magnæ geruntur, ſed conſilio —. *Cicero de Senectute.*

Μήτι] συνέσει, τέχνῃ. *Schol.*

v. 317.

v. 317.

'Ερεχθομένην ἀνέμοισι, jactatam ventis. ἐρέχθω, ſcindo, agito, quaſſo.

v. 318.

Περιγίνομαι, *cum Genit.* ſupero, vinco *quem.*

v. 320.

'Επὶ πολλὸν ἑλίσσεται ἔνθα καὶ ἔνθα, late flectit, *vel* multum vagatur, huc & illuc.

v. 321.

Πλανόωνται ἀνὰ δρόμον, vagantur per ſtadium.

v. 322.

Κέρδεα εἰδῇ, peritus fuerit: utilia novit. ἢ συνετὸς, ἢ πανοῦργος. *Schol.*

'Ελαύνων ἥσσονας ἵππους, agens *licet* deteriores equos.

v. 323.

Τέρμ' ὁρόων, metam ſpectans.

Στρέφω, flecto.

v. 324.

Τανύσῃ, adducat. Βοέοισιν ἱμᾶσιν] ἡνίαις. *Schol.*

v. 325.

"Εχω *h. l.* contineo.

Προῦχων, οντος, præcedens: procedens, eminens. *Poët.* pro προέχων.

v. 326.

Σῆμα δέ τοι ἐρέω, metam autem tibi indicabo, *vel* ſignum autem tibi dicam.

v. 327.

"Εστηκε, Stat.] Vide ſupra ad Δ. 434.

Ξύλον αὖον, lignum aridum.

'Οργυιά, ᾶς, ἡ, ulna. *item* paſſus, menſura ſenum pedum. *quidam exponunt* ſpatium, quantum protenſa hominis utrinque brachia ab altero ſummo medio digito ad alterum trajecta per pectus longitudine patent.

'Υπὲρ αἴης, ſupra terram.

v. 328.

Πεύκη, ης, ἡ, pinus, picea, larix.

Καταπύθεται ὄμβρῳ, putreſcit imbre.

Καταπύθω, putrefacio, putredine conſumo.

v. 329.

v. 329.

Λᾶε, Lapides. Τȣ͂, ejus.

Ἑκάτερθεν ἐρηρέδαται, ex utraque parte poſiti ſunt.

v. 330.

Ξυνοχὴ, pro συνοχὴ, ῆς, ἡ, *h. l.* coarctatio, in anguſtum contractio, anguſtiæ viarum. a συνέχω, conſtringo.

Ἱππόδρομος, ȣ, ὁ, hippodromus, circus, in quo habentur certamina equeſtria *ſeu* curulia, curriculum equorum.

v. 332.

Νύσσα, ης, ἡ, meta. a νύσσω, pungo: *ἀπὸ τȣ͂ ἐλθόντας καὶ αὐτὴν νύσσειν τȣ̀ς ἵππȣς, quòd ii, qui ad eam tendunt, calcaribus incitare ſolent equos ad vehementiorem curſum.*

Τέτυκτο, fuit.

Ἐπὶ προτέρων ἀνθρώπων, tempore priſcorum hominum.

v. 334.

Ἐλάαν, agito.

v. 335.

Κλινθῆναι, inclinator.

Ἐύπλεκτος, ȣ, ὁ, ἡ, bene plexus, bene plicatus, eleganter nexus, eleganter concinnatus. ex εὖ & πλέκω, necto.

v. 336.

Ἦκ' ἐπ' ἀριστερὰ τοῖιν, Paululum ad ſiniſtram eorum.

v. 337.

Κένσαι, Stimula. a κέντω, ſtimulo, pungo.

Εἶξαι, concede.

v. 339.

Ὡς ἄν τοι — δοάσσεται, Ita ut tibi — videatur.

Ἄκρον ἱκέσθαι, ſummum ſtrinxiſſe.

v. 340.

Λίθȣ — ἀλέασθαι ἐπαυρεῖν, in lapidem — vites impingere.

v. 341.

Τρώσῃς, vulneres.

Κατα — ἄξῃς, confringas.

v. 343.

Φρονέων, ſi ſapis.

Πεφυλαγμένος εἶναι, cautus eſto. *Φυλάσσομαι enim idem ſignificat quod Φυλάσσω, nempe aliquando* obſervo, caveo, vito.

v. 344.

v. 344.

Παρεξελάσῃσθα, prætervectus fueris: prætervehari. v. παρεξελαύνω, ultra progredior, prætereo. 2.) in aciem, in hoſtem progredior, impetum facio. Διώκων, urgens.

v. 345.

Ἕλῃσι, aſſequatur.

Μεταλμενος, perniciter inſecutus.

v. 346.

Ἀρίονα δῖον ἐλαύνοι, Arionem divinum ageret.] *Heſiod.* Μέγαν ἵππον Ἀρίονα κυανοχαίτην. Ἀσπὶς Ἡρακλ. 120. Ceterum alii, notante *Euſtathio*, ſcribunt Ἀρίονα. CLARK.

v. 347.

Γένος, genere.

v. 348.

Τέτραφεν, nutriti ſunt. *pro* τετράφησαν.

v. 350.

Ἑκάστου πεῖραρ εἴπε, uniuscujusque rei ſummam dixerat.

v. 351.

Μηριόνης δ' ἄρα πέμπτος] Conjungendus hic verſus cum ſuperioribus 301: Ἀντίλοχος δὲ τέταρτος &c. poſt digreſſionem redit ad narrandum de iis, qui certare vellent. ERN.

v. 352.

Κυνέη, quando ἁπλῶς pro *galea* uſurpatur, ſubauditur aliquoties apud *Homerum*, ubi de ſortitione ſermo eſt. Sic *h. l.*

— — ἐν δὲ (Κυνέῃ) κλήρους ἐβάλοντο.

— — *ſorteſque injecerunt* (galeæ.)

& *v.* 353.

— — ἐκ δὲ (κυνέης) κλῆρος θόρε Νεστορίδαο.

— — & *ſors exiliit Neſtoridæ.*

Plene *idem*, *Iliad.* Γ. *v.* 316. BOS *Ell. Gr. p.* 175.

v. 358.

Σταν, Steterunt.

Μεταστοιχεὶ, *adv.* ordine, ſerie, ordinatim. ex μετὰ & στοῖχος, ου, ὁ, ordo.

Σήμηνε — τέρματ', monſtravit — metas.

v. 359.

Εἷσεν, collocavit.

v. 361.

v. 361.

Ὡς μεμνέῳτο δρόμυς, καὶ ἀληθείην ἀποείποι,

Ut memori animo contemplaretur curſum, & veritatem referret. *afin qu'il remarquât bien toutes les courſes, & qu'il en fit un fidelle rapport.* DAC.

Μεμνέῳτο, pro μεμνέοιτο. hoc autem *Dialyſi*, pro μεμνοῖτο, hoc vero pro μεμνῇτο, præt. opt. v. μνάομαι: pro quo etiam legitur μεμνῷτο, apud *Xenophontem*, & μεμναίατο, apud *Pindarum*. Secundum *Euſtath.* eſt pro μεμνῶτο, *Epentheſi* τῦ ε; hoc autem pro μνῷτο. μνῷτο autem eſt 3. ſing. præſ. Opt. *contr.* ex μνάοιτο.

v. 362.

Οἱ δ' ἅμα πάντες ἐφ' ἵπποισιν] Vid. Hrn. Breitingers Critiſche Dichtkunſt, *Tom. I. p.* 40. *ſqq.*

v. 363.

Πέπληγον, Percuſſerunt.

v. 366.

Ἵςατ' ἀειρομένη, Surgebat excitatus,] Non, ut opinor, *ſurgebat*, ſed *ſtabat*, quod e græco ductum de denſitate pulveris, aliusque rei dicitur apud Poëtas. *Virgil* Æneid. XII. 407. *Pulvere cælum ſtare vident.* VI. 300. *Stant lumina flamma.* ERN.

v. 367.

Ἐῤῥώοντο, agitabantur. v. ῥώω, roboro. ῥώομαι, agitor.

v. 368.

Πίλνατο, appropinquabant. v. πίλνημι, *idem quod* πελάζω, appropinquare facio, admoveo. πίλναμαι, *idem quod* πελάζομαι, appropinquo.

v. 369.

Ἀΐξασκε, ſubſultabant.

v. 375.

Τάθη, intendebatur. v. τείνω.

v. 376.

Ἔκφερον, ante ceteros efferebant *vel* rapiebant *currum.*

v. 377.

Τὰς δὲ μετέξεφερον — Poſt eas autem ante alios efferebant —.

v. 378.

Ἄνευθ' ἔσαν, aberant.

v. 381.

Θέρμετ', Calefiebant.
Κεφαλὰς καταθεῖτε πέτοντο, capitibus repoſitis volabant.

v. 382.

Παρέλασσ', prævertiſſet.
Ἀμφήριστον ἔθηκεν, dubiam *victoriam* feciſſet, ambiguum feciſſet *certamen.*
Ἀμφήριστος, ε, ὁ, ἡ, anceps, controverſus. ex ἀμφὶ & ἔρις, contentio.
Ἔλασμα, *aurigatio*, latet in his *Homeri*: ἀμφήριστον ἔθηκεν; ubi ita *Euſtathius*: λείπεται ἀπὸ κοινοῦ τὸ, ἔλασμα. Quem locum pariter atque Ellipſin imitatur *Virgilius Lib. V. Æneid. v.* 326.
Tranſeat elapſus prior, ambiguumque relinquat.
BOS *Ell. Gr. p.* 113. & 237.

v. 383.

Κοτέσσατο, iratus fuiſſet.

v. 385.

Χύτο δάκρυα, effuſæ ſunt lacrymæ.

v. 386.

Ὅρα, videbat.

v. 387.

Οἱ δέ οἱ, Sui vero.
Ἐβλάφθησαν, retardati fuerant: divinitus affligebantur.

v. 388.

Ἐλεφηράμενος λάθ', fraude lædens latuit.
Ἐλεφαίρω, decipio, noceo, lædo.

v. 389.

Μετέσσυτο, aſſecuta eſt.

v. 391.

Μετ' — ἐβεβήκει, ad — acceſſit.

v. 392.

Ἦξε, *pro* ἔαξε, fregit. v. ἀγνύω, *ſeu* ἄγνυμι, *fut.* ἄξω, frango.

v. 393.

Ἀμφὶς ὁδοῦ δραμέτην, Utrinque extra viam currebant.
Ἐλύσθη, devolutus eſt.

v. 395.

v. 395.

Περιδρύφθη, circumcirca laceratus eſt. v περιδρύπτω, dilacero & ſaucio. ex περὶ & δρύπτω, lacero, lanio.

v. 396.

Θρυλλίσσω, frango, comminuo, collido, contero, vulnero. *quaſi* a θρυλίζω, & θραύω, frango: contundo.

v. 398.

Παραφθὰς, prævertens.

Ἔχε, dirigebat.

v. 399.

Πολλὸν τῶν ἄλλων ἐξάλμενος, Longe præ aliis emicans.

v. 401.

Ἐπὶ *h. l.* poſt.

Εἶχε, agebat *equos.*

v. 402.

Ἵπποισιν ἐκέκλετο — equos hortabatur —] Dans la paſſion on parle à tout, & l'on apoſtrophe les choſes même les plus inſenſibles, comme nous l'avons déja vû ſouvent. D'ailleurs il eſt naturel à la Poëſie de faire dire tout ce qu'il eſt vraiſemblable qu'on a penſé. DAC.

v. 403.

Ἔμβητον, Incumbite.

Σφῶϊ τιταίνετον, vos intendite.] ὑμᾶς αὐτὺς ἐπείγετε πρὸς τὸν δρόμον, καὶ μὴ ἀπολιμπάνεσθε. *Schol.*

v. 406.

Ὤρεξε, præbuit. v. ὀρέγω, porrigo, præbeo.

v. 407.

Κιχάνετε, aſſequimini.

Λιπησθον, relinquimini.

v. 408.

Ἐλεγχείην καταχεύῃ, dedecus offundat.

v. 409.

Αἴθη, θῆλυς ἐοῦσα, Æthe, fœmina cum ſit.

Τίη λείπεσθε; Cur deficitis?

v. 411.

Οὐ σφῶϊν κομιδὴ παρὰ — Non *amplius* vobis curatio benigna apud —] οὐκ ἔτι ὑμῶν οὕτως ἐπιμεληταὶ ὁ Νέστωρ. *Schol.*

v. 413.

Ἀποκηδήσαντε, remiſſi, negligentes, ignaviâ veſtrâ. v. ἀποκηδέω, ῶ, negligo, non curo.

Φερώμεθα χεῖρον ἄεθλον, referamus vilius præmium.

Αἴκ' ἀποκηδήσαντε φερώμεθα] Durior ſyntaxis, de qua & *Euſtathius* monuit: quocum tamen *Barneſius* φερώμεθα rectum ait, quia præmium commune equis & aurigæ: quod eſt verum; ſed hunc communem pluralem jungi ſubjecto, quod ad equos ſolos pertineat, id quidem duriſſimum. *Suidas* hinc laudat ἀποκηδήσαντες, quod reprehendit *Barneſius*, ſed eodem modo ex h. l. habet *Heſychius*, & ed. Flor. ERN.

v. 415.

Τεχνήσομαι, machinabor.

v. 416.

Παραδύμεναι, aſtu præterire.

Λήσει, fallet.

v. 420.

Ῥωγμὸς, ὖ, ὁ, ſciſſura, rima, hiatus. a ῥὼξ, ῥωγὸς, ἡ, *vel etiam* ὁ, fiſſura.

Ἀλὲν ὕδωρ, collecta aqua.

v. 421.

Ἐξεῤῥήξεν ὁδοῖο, Ruperat viæ *partem.*

Βαθύνω, excavo, profundum facio.

v. 422.

Τῇ ῥ'] *Ea utique* —, *Ea*, *inquam* —.

Εἶχεν, dirigebat.

Ἁματροχία, ας, ἡ, rotarum concurſus, curruum concurſus. ex ἁματροχάω, ſimul curro.

v. 423.

Παρακλίνας ἔχε, deflectens impellebat. *v.* 398.

v. 424.

Παρακλίνας ἐδίωκεν, avertens inſequebatur.

v. 426.

Ἱππάζεαι, equos agis. v. ἱππάζω, & ομαι, equito, equo vehor.

Ἄνεχ', contine.

v. 427.

Τάχα, mox,

Ἐυρυ-

Εὐρυτέρη παρελάσσεις, latiore præterages.

v. 428.

Δηλήσεαι, lædas. v. δηλέω, ῶ, lædo, noceo.

Ἅρματι κύρσας, currui *curru* impacto: currui meo impingens.

v. 430.

Ἐπισπέρχω, feſtinare cogo, premo, urgeo. ex ἐπὶ & σπέρχω, *idem.*

Ἀΐοντι, audienti.

v. 431.

Δίσκου οὖρα, diſci jactus: diſci impetus.] δίσκου ὁρμή· ὅ ἐστιν, ἄφεσις. *Schol.*

Κατωμαδίοιο, ab humero vibrati.] ὃν ἀφιᾶσι κατὰ τῶν ὤμων τρέχοντες. *Schol.*

Κατωμάδιος, ου, ια, *Jon.* ιη, ιον, qui humeris fertur. 2) qui ex humeris dependet. a κατωμαδὸν, *adv.* humeris. *Il.* O. 352.

v. 432.

Ἀφῆκεν, emiſit.

Πειρώμενος ἥβης, periculum faciens juvenilis vigoris.

v. 433.

Ἠρώησαν ὀπίσσω, ceſſerunt retro.

v. 434.

Μεθήκεν, remiſit.

v. 435.

Συγκύρσειαν, colliderentur. v. συγκύρω, incido: collido.

v. 436.

Ἀνστρέψειαν, everterent.

Κατὰ — πέσοιεν, deciderent.

v. 437.

Ἐν κονίῃσι, In pulveres.

Ἐπειγόμενοι, feſtino curſu contendentes.

v. 440.

Ἔτυμον — πεπνῦσθαι, vere — ſapere.

v. 441.

Ἀλλ' οὐ μὰν οὐδ' ὧς ἄτερ ὅρκου οἴσῃ ἄεθλον, Sed certe ne ſic quidem ſine juramento auferes præmium.] Videtur proverbii loco dictum in eos, qui non facile, non ſine gravi labore ac difficultate conſequi poſſent, quod pete-

 rent,

rent, ſive qui rem valde difficilem peterent. *Euſtath.* videtur innuere. Πρὸς τὸν μὴ δίχα ὅρκου ἀποισόμενον, ὃ θέλῃ, ἐνθρωσέσθαι τὸ Ἀλλ' οὐ μὰν &c. ERN. *Mais avec toute ta folie tu ne remporteras pourtant pas le prix ſans te purger par ſerment*] Menelas vient de dire à Antiloque que quand même il remporteroit la victoire, il n'auroit pourtant pas le prix, ſans avoir juré auparavant qu'il n'avoit employé contre ſes rivaux, ni dol, ni fraude, car toute ſupercherie étoit défenduë. On va voir tout-à-l'heure Menelas exiger ce ſerment. DAC.

v. 443.

Ἐρύκεσθον, inhibemini.
Ἕστατον, ſtetis.

v. 444.

Φθήσονται — καμόντα, Ἤ ὑμῖν, Ante — laſſabuntur, Quam vobis. *Al.* Φθίσονται, Deficient — feſſa *ante*, Quam vobis.

v. 445.

Ἀπέμβονται νεότητος, privati ſunt juventute.

v. 448.

Εἰσορόωντο, ſpectabant.

v. 450.

Ἐφράσαθ' ἵππους, viſos agnovit equos: conſiderabat equos.

v. 451.

Ὑπέρτατος, ſublimis: ἀνώτατος.
Περιωπῇ] τόπος ὑψηλὸς, ἀφ' οὗ ἔστι περιβλέψαι καὶ ἰδεῖν πάντα. *Schol.* Vide ſupra ad Ξ. 8.

v. 452.

Ἄνευθεν ἐόντος, procul licet eſſet.
Ὁμοκλητὴρ, *h. l. equos* increpans.

v. 453.

Φράζομαι *hic* video, animadverto.
Προὔχοντα, præeuntem.

v. 454.

Τὸ — ἄλλο τόσον, cetero toto *corpore.*] τὸ ἄλλο ὅλον σῶμα. } *Schol.*
Φοίνιξ, ſpadix.] φοινικοῦς τὸ χρῶμα. ὅ ἐστι, πυῤῥός. } *Schol.*

v. 455.

v. 455.

Λευκὸν σῆμ' ἐτέτυκτο — Alba macula erat &c.] Vid. Hrn. Breitingers Abhandl. von Gleichn. *p.* 54 *ſq.*

Περίτροχος, ου, ὁ, ἡ, circumcurrens, in orbem currens 2.) *h. l.* orbiculatus, rotundus. a περιτρέχω, circumcurro.

v. 458.

Αὐγάζομαι *hic* video, intueor, noſco.

v. 459.

Ἄλλοι μοι δοκέουσι &c.] *Intell.* Alii nunc priores in curſu equi videntur, cum ante eſſent priores Eumelus & ejus bigæ. Conf. *v.* 480. ERN.

Παροίτερος, έρα, ερον, prior, ratione temporis vel loci. *Compar.* a πάρος, ante.

v. 460.

Πού αὐτοῦ, alicubi forte.

v. 461.

Ἔβλαβεν, *pro* ἐβλάβησαν, læſæ ſunt.

Κεῖσε, eousque.

v. 462.

Περὶ τέρμα βαλοῦσαι, metam circumflexiſſe.

v. 463.

Οὔπω, nequaquam.

v. 465.

Δυνάσθη, potuit.

v. 466.

Σχεθέειν, continere.

Οὐκ ἐτύχησεν ἑλίξας, non feliciter flexit.

v. 468.

Ἐξηρώησαν, extra viam cucurrerunt.

v. 473.

Αἰσχρῶς ἐνένιπτεν, probroſis verbis objurgavit.

Ὀϊλῆος, Oilei *filius.*

v. 474.

Τί πάρος λαβρεύεαι; cur continuo garris? cur importune præcipitas orationem?

Λαβρεύομαι, præceps ſum in dicendo, incontinens ſum in loquendo. a λάβρος, ου, *B.* 148.

v. 475.

Πολέος πεδίοιο δίενται, amplum per campum currunt.

v. 477.

Ὀξύτατον κεφαλῆς ἐκδέρκεται ὄσσε. acutiſſime ex capite proſpiciunt oculi.

Ἐκδέρκεται ὄσσε] Hic quoque locus docet, ὄσσε genere neutro dici: quod ſingularis in verbo additur, quod eſt neutris proprium. niſi quis malit ſequi lectionem MS. Lipſ. ἐκδέρκετον. ERN.

v. 479.

Λαβραγόρης, ου, ὁ, procaciter *ſive* effuſe loquax, præceps in loquendo. a λάβρος, ου, & ἀγορέω, loquor, dico.

Πάρα, adſunt. *pro* πάρεισι.

v. 481.

Ἔυληρα, ων, τὰ, lora, habenæ, frena.

Ἐν — βέβηκε, vehitur: inſcendit.

v. 483.

Νεῖκος ἄριστε, rixâ optime.] κακόβουλε, κακολόγε. *Schol.*

Κακοφραδὲς, *Vocat.* maledice. a κακοφραδής, έος, ὁ, ἡ, malum cogitans *ſeu* machinans: maledicus. ex κακὸς, & φράζω, cogito: dico.

Ἄλλα — πάντα, in ceteris — omnibus.

v. 484.

Δεύεαι Ἀργείων, Inferior es Argivis.

v. 485.

Περιδώμεθον, I. perſ. dual. aor. 2. ſubj. Med. v. περιδίδομαι, depono, *ſeu* depoſito pignore certo, ex pacto certo, paciſcor.

Τρίποδος περιδώμεθον, ἠὲ λέβητος, tripode depoſito certemus, vel lebete: *gageons ou un trepied, ou un vaſe d'or*] Le Grec dit à la lettre, *donnons des gages pour un trepied ou un vaſe d'or.* Naturellement il faudroit dire, περιδώμεθον περὶ τρίποδος, mais Homere ſupprime la prepoſition. C'étoit là l'uſage du mot περιδίδομαι „ περιδόσθαι. DAC.

v. 486.

Ἴστορα — θείομεν, Arbitrum — faciamus.

v. 487.

Πρόσθ', anteriores.

Ἀποτίνων, *ſcil.* ποινὴν, perſolvens, *ſcil.* pœnam.

v. 489.

v. 489.

Ἀμείψασθαι, ut exciperet *eum.*

v. 490.

Προτέρω, *adv.* longius, ulterius.

Ἔρις γένετ', contentio progreſſa eſſet.

v. 491.

Ἀνίστατο — φάτο, ſurrexiſſet — dixiſſet.

v. 492.

Ἀμείβεσθον, altercemini.

v. 494.

Νεμεσᾶτον, ſuccenſeretis. *contr.* pro νεμεσάετον. imperf. ind. v. νεμεσάω, indignor, iraſcor.

v. 498.

Οἱ πάροιθεν, priores.

v. 499.

Διώκων, urgens.

v. 500.

Μάστι (pro μάστιϊ, a μάστις, *Poët.* pro μάστιξ) — ἔλαυνε, Scutica — feriebat.

v. 501.

Ἀειρέσθην, tollebantur.

v. 504.

Ἐπίτρεχον, Pone — currebant.

v. 505.

Ἁρματροχιὰ, ᾶς, *Jon.* ἡ, ῆς, ἡ, orbita. πολλὴ — ἁρματροχιὴ, profunda — orbita. ex ἅρμα & τρόχος, rota.

Κατόπισθεν] Obſcurius vertitur: *fiebat retro.* Senſus eſt: valde levis nec alte depreſſa in pulvere orbita relinquebatur poſt currum. ERN.

v. 508.

Λόφος, *h. l.* cervix, collum.

v. 510.

Ἄρα] *Ut fieri ſolet.*

Μάτησεν, ſegnis erat. v. ματάω. *E.* 233.

v. 514.

Τῷ — ἐπ', Poſt — eum.

Ἄρ] Non hic vacat iſtud ἄρ, ſed vim habet in connectenda ſententia cum eo, quod præceſſit, *v.*433. CLARK.

v. 515.

Κέρδεσιν — παραφθάμενος, Dolis — præveniens.

v. 517.

Τροχῦ ἵππος ἀφίςαται, a rota equus diſtat.

v. 518.

Ἕλκησιν πεδίοιο τιταινόμενος, Trahit per campum niſu contento.

v. 519.

Ψαύουσιν ἐπισσῶτρυ, attingunt canthum.

Τρίχες ἄκραι, pili extremi.

v. 520.

Οὐραῖαι, Caudæ.] αἱ τῆς ὐρᾶς τρίχες. *Schol.*

Οὐραῖος, αία, αῖον, ad caudam pertinens, extremus. ab ὐρὰ, ᾶς, ἡ, cauda.

v. 521.

Χώρη, ης, *Jon.* pro α, ας, ἡ, locus, ſpatium, ſedes.

Πολέος πεδίοιο θέοντος, dum per amplum campum currit.

v. 522.

Ἀμύμονος Ἀντιλόχοιο Λείπετ', eximio Antilocho Poſterior erat.

v. 523.

Ἐς δίσκυρα λέλειπτο, ad diſci jactum relictus erat.

Δίσκυρα, terminus, qui diſci jactu comprehenditur. ex δίσκος, υ, ὁ, diſcus; & *Jonico* ὖρος, pro ὅρος, υ, ὁ, terminus. Vide ad *v.* 431.

v. 524.

Ὀφέλλετο, augebatur.

v. 526.

Γένετο, fuiſſet.

v. 529.

Λεῖπετ' ἀγακλῆος Μενελάυ, Poſterior erat inclyto Menelao.

Δυρὸς ἐρωήν, haſtæ jactu.] Ita ſupra *O.* 358. Ὅσον τ' ἐπὶ δυρὸς ἐρωή.

v. 530.

Βάρδιςοι, Tardiſſimi. Vide ad *v.* 310. nec non FISCH. *Anim. in* WELL. *Gramm. Gr. p,* 140.

v. 531.

Ἥκιςος — ἐλαυνέμεν ἅρμ', Minime peritus — agendi currum.

Ἥκιςος,

Ἥκιςος, ἵςη, ιςον, minimus, tardiſſimus. ab ἦκα, *adv.* leniter, quiete, ſenſim, ſubmiſſe.

v. 532.

Πανύςατος, άτη, ατον, poſtremus, ultimus. ex πᾶς, & ὕςατος, *idem.*

v. 533.

Πρόσσοθεν, *adv.* ante. a πρόσσω, *adv.* ante ſe, in anteriorem partem.

v. 536.

Λοῖσθος, ε, ὁ, ultimus, poſtremus.

v. 538.

Δεύτερ'] Debebat eſſe δεύτερον, ut ad ἄεθλιον referri poſſet. Sed δεύτερα dixit, ut placet *Euſtathio*, in plurali, Attice, ut ſimul metro conſuleret: ſive potius adverbialiter pro κατὰ δεύτερα, *ſecundo loco.* ERN.

v. 540.

Πόρεν, dediſſet.

v. 541.

Ἄρ'] *Ut par erat.* Vide ſupra ad *v.* 514. CLARK.

v. 542.

Δίκῃ ἠμείψατ', *cum Accuſ.* jure reſpondiſſet, *cum Dat.*] Jure agere, jus urgere cœpit. ERN. δικαίως ἀπεκρίθη. *Schol.*

v. 543.

Κεχολώσομαι, iraſcar.

v. 544.

Μέλλεις-ἀφαιρήσεσθαι ἄεθλον, ablaturus es *mihi* præmium.

v. 545.

Τὰ φρονέων, ὅτι, His motus, quod &c.

Βλάβεν (divinitus) læſi ſunt.

v. 546.

Ὤφελεν ἀθανάτοισιν Εὔχεσθαι, debuit immortalibus Vota facere.] Antiloque veut faire voir à Achille qu'Eumelus s'eſt attiré ſon malheur par ſa faute, parce qu'il n'a pas eu recours aux Dieux, dont tous les bons ſuccès dépendent. Il n'a voulu devoir le prix qu'à ſa ſeule adreſſe, & Antiloque ne doit pas porter la peine dûë à l'orgueil de ſon rival. Ce paſſage eſt remarquable, car Homere y enſeigne bien formellement que les hommes ne peuvent reüſſir dans leurs deſſeins que par la priere. DAC.

v. 547.

v. 547.

Τό κεν ὔτι — ἦλθε, tum nequaquam — veniſſet.

Διώκων, *equos* urgens.

v. 548.

Φίλον ἔπλετο, gratum eſt.

v. 551.

Τῶν οἱ — Ex his ipſi —.

Ἀνελὼν δόμεναι, ſumtum dato, ſumens da.

v. 553.

Πειρηθήτω, periculum faciat.

v. 558.

Ει μὲν δὴ] *Si quidem revera.*

v. 559.

Ἐπιδῦναι, dare.

v. 560.

Τὸν Ἀστεροπαῖον ἀπηύρων, quem Aſteropæo abſtuli.

v. 561.

Ὧι πέρι χεῦμα — quem circum ora —.

Χεῦμα, ατος, τὸ, quod fuſum, effuſum *aut* diffuſum fluit, flumen. *h. l.* extrema ora rei. a χεύω, fundo.

v. 562.

Ἀμφιδεδίνηται, Funditur, Circumvolvitur. v. ἀμφιδινέω, circumvolvo.

Πολέος — οἱ ἄξιος ἔσαι, multo *pretio* — ei æſtimandns erit.

v. 564.

Οἱ ἔνεικεν, ad eum attulit.

v. 567.

Ἄρα] *Ut ſolitus erat.*

v. 568.

Χερσὶ σκῆπτρον ἔθηκε] Παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ δημηγοροῦντες σκῆπτρα ἐκράτυν. *Schol.* Vid. etiam FEITH. *L. II. C. V.* §. *II.*

v. 571.

Αἰσχύνω, dedecoro, dedecore afficio.

v. 572.

Πρόσθε βαλὼν, ante agens.

v. 574.

Ἐς μέσον — δικάσσατε, In medium — dijudicate.

Ἐπ' ἀρωγῇ, in gratiam.] ἑτέρῳ ἡμῶν βοηθεῖτε. *Schol.* Sine partium ſtudio. ERN.

v. 576.

v. 576.

Ψεύδεσσι βιησάμενος ; mendaciis & vi (*Schol.* ἀπάταις) ubi fraudarat.

v. 579.

Ἐι δ᾽ ἄγ᾽] Vide ſupra ad *I.* 167.

— — ἐγὼν αὐτὸς δικάσω, καὶ μ᾽ ὄτινα φημὶ
Ἄλλον ἐπιπλήξειν Δαναῶν· ἰθεῖα γὰρ ἔςαι.

Adjectivum *h. l.* reſpicit ſubſtantivum, quod præcedenti verbo implicite ineſt: ἰθεῖα enim fœmininum non bene reſpondet verbo δικάσω, ſed ad cognatum ſubſtantivum δίκη referri debet.

— — *ipſe ego* judicabo, *neque quenquam puto*
Me reprehenſurum eſſe Danaorum: meum enim judicium *erit juſtum.*

HOOG. *ad* VIG. *Idiot. Cap. III. Sect. I. Reg. IX.* (*N.* 63.) Vid. etiam BOS *Ell. Gr. p.* 88.

v. 580.

Ἐπιπλήσσω, *vel* τ7ω, increpo, objurgo, caſtigo.

v. 581.

Ἀι δ᾽ ἄγε δεῦρο, age huc ades.] *Al.* ἐι δ᾽ ἄγε. Ut *v.* 579. CLARK. *Euſtathius* ait, antiquiſſima & probatiſſima exemplaria habuiſſe, ἀι δ᾽ ἄγε. ERN.

Ἡ θέμις ἐςὶ, ut fas eſt.

v. 583.

Ῥαδινὸς, ἡ, ὸν, gracilis, tenuis, mollis, argutus.

v. 584.

Ἐννοσίγαιον Ὄμνυθι, Neptunum jurato: *jurez par Neptune.*] Il fait jurer par Neptune, parce que c'étoit le Dieu qui avoit donné aux hommes le premier cheval, & qui leur avoit enſeigné à s'en ſervir. c'eſt-pourquoi il étoit appellé ἵππιος, *equeſter*, *Neptune cavalier.* Je ne ſai ſur quoi cela eſt fondé, car les marins ne ſont pas d'ordinaire de fort bons cavaliers. DAC.

v. 585.

Πεδῆσαι, impediviſſe.

v. 587.

Ἄνσχεο, Perfer, tolera. aor. 2. imper. Med. *Poët. & Jon.* pro ἀνάσχετο *ſeu* ἀνάσχε. V. ἀνασχέω, *ſive* ἀνάσχημι, pro ἀνέχω, ſuſtineo.

v. 588.

v. 588.

Πρότερος *hic* natu major.

v. 589.

Οἶσθ', οἷαι νέου ἀνδρὸς ὑπερβασίαι τελέθουσι,

Noſti, qualia juvenis errata ſint.

Ὑπερβασία, ας, ἡ, transgreſſio. ab ὑπερβαίνω, transgredior.

v. 590.

Κραιπνότερος μὲν γάρ τε νόος, λεπτὴ δέ τε μῆτις,

Velocior etenim mens, tenue autem conſilium.

v. 592.

Ἀρόμην, accepi.

v. 593.

Ἀπαιτήσειας, poſtulaveris. v. ἀπαιτέω, ῶ, repeto, poſtulo, exigo.

v. 594.

Βουλοίμην, ἢ —, Mallem, quam —.

v. 595.

Ἐκ θυμοῦ πεσέειν, *me* animo ejectum eſſe: μισηθῆναι. *Schol. perdre votre bienveillance.* DAC.

Δαίμοσιν εἶναι ἀλιτρός, in Deos fieri ſceleratum.] Comme il le feroit, s'il faiſoit un faux ferment. EAD.

v. 598.

Ἐέρση, ros *funditur.*

Ἐέρση, *pro* ἔρση, ης, ἡ, ros.

v. 599.

Ἀλδήσκω, augeor, creſco, incrementum capio. ab ἀλδέω, augeo, do incrementum.

Ὅτε φρίσσουσιν ἄρουραι, quando horreſcunt arva.] ὅτε πεπύκνωνται διανεστηκότες ταῖς χώραις οἱ στάχυες. *Schol.*

v. 600.

Ἄρα] *Ut dictum eſt*, v. 597.

v. 602.

Ὑποείξομαι, cedam.

v. 603.

Παρήορος, ου, ὁ, ἡ, *h. l.* mente vagus, delirus, demens, ſtolidus.

Χωόμενος] *Euſtath.* εἰ καὶ χωόμενος, quamvis iis iratus, tamen cedam. ERN.

v. 604.

v. 604.

Ἦϑα πάρος, Eras antea.

Νεοίη, ης, ἡ, juventus, juvenilis ætas. a νέος, juvenis.

v. 605.

Βέλτερον] Cod. *Harlejan.* Δεύτερον. Quo modo & in duobus MSS. ſcriptum repperit *Barneſius.* Atque ita etiam legit *Euſtathius.* CLARK. Ita ſenſus erit, ut *Euſtathius* interpretatur: poſt hæc cave, ne præſtantiores decipias, iis præſtare cupias. ERN.

Βέλτερον ἀντ' ἀλέαϑαι — Satius autem *fuerit* cavere —.

v. 606.

Παρέπεισεν, flexiſſet.

v. 609.

Ἐπιπείσομαι, obſequar.

v. 611.

Ὑπερφίαλος, *h. l.* ſuperbus, arrogans, inſolens.

v. 614.

Ἀνάειρε, ſuſtulit.

v. 615.

Τέτρατος, *Poët.* pro τέταρτος.

Ὡς ἔλασεν, quo ordine egerat *currum.*

Ὑπελείπετ', relictum erat.

v. 617.

Ἀν' ἀγῶνα, per conſeſſum, per cœtum.

Ἀγὼν *hic* ſpectantium certamen multitudo.

v. 618.

Τῆ, Accipe. Vide ſupra ad Ξ. 219.

v. 619.

Τάφου μνῆμ' ἔμμεναι, ſepulturæ monumentum ut ſit.

v. 621.

Αὔτως *h. l.* gratis.

Παλαίω, luctor, certo, conflictor. a πάλη, ης, ἡ, lucta, luctatio.

v. 622.

Ἀκοντιστὺν ἐνδύσεαι, jaculorum certamen inibis.] De verbo ἐνδύσαϑαι eſt erudita & copioſa diſputatio *Gatakeri* in Adverſariis. ERN.

Ἀκοντιστὺς, ύος, ἡ, jaculatio, jaculandi ars, jaculandi certamen. ab ἄκων, οντος, ὁ, jaculum.

v. 623.

v. 623.

Θεύσαι, Curres.

v. 628.

Ὤμων, Ab humeris.

Ἐπαΐσσονται, celeri impetu moventur.

v. 630.

Θάπτον, ſepelierunt.

v. 631.

Βουπρασίῳ, In Bupraſio.

v. 635.

Ὅς μοι ἀνέστη, qui in me ſurrexit.

v. 637.

Ὑπερέβαλον, ſuperavi. v. ὑπερβάλλω, projicio ultra. *b. l.* ſupero, excello.

v. 638.

Ὀίοισιν, Solis.

Παρήλασαν, præteregerunt.

Ἀκτορίωνε, Actoridæ duo, Actoris filii.

v. 639.

Πλήθει πρόσθε βαλόντες, Numero ſuperantes.

Ἀγασσάμενοι περὶ νίκης, invidentes *mibi* victoriam.

v. 640.

Παρ' αὐτόφι, illi *certamini.*

v. 641.

Δίδυμοι, gemini. *ſcil.* ἀδελφοί.

Ὁ μὲν ἔμπεδον ἡνιόχευεν, Ἔμπεδον ἡνιόχευ'] De hujusmodi ἐπαναφορᾷ vide ſupra ad Χ. 127. Virgil. *Ille, velut pelagi rupes immota reſiſtit; Ut pelagi rupes.* Æn. VII. 586. CLARK. Alter quidem conſtanter equos regebat, Conſtanter equos regebat.

v. 642.

Ὁ δ' ἄρα μάστιγι κέλευεν, alter vero ſcutica incitabat.

v. 643.

Ὣς ποτ' ἔον, Sic olim eram.

Ἀντιοώντων Ἔργων τοιούτων, Obeant Opera ejusmodi.

v. 644.

Γήραϊ λυγρῷ Πείθεσθαι, ſenectæ triſti Parere.

v. 646.

Σὸν ἑταῖρον ἀέθλοισι κτερέϊζε, tuo ſodali certaminibus juſta facito. κτερεΐζω, exſequias celebro, juſta facio. v. 649.

v. 649.

Τιμῆς, ἧς τε μ' ἔοικε τετιμῆσθαι, Honore, quo me decet honorari, *vel* quo honore me par eſt honorari.

v. 650.

Τῶνδ' ἀντὶ, pro his.

Χάριν μενοεικέα δοῖεν, gratiam largam referant.

v. 652.

Πάντ' αἶνον ἐπέκλυε, omnem laudationem audierat.

v. 653.

Πυγμαχίη, ης, *Jon.* pro ία, ας, ἡ, pugilatus, pugnæ cæſtus. a πυγμάχος, ου, ὁ, pugil, pugilatu *vel* pugnæ cæſtu decernens cum aliquo. *quod* ex πὺξ & μάχομαι.

v. 654.

Ταλαεργὸς, ου, ὁ, ἡ, qui patienter & conſtanter opus facit, patienter laborem ſubiens ac perferens. ex ταλάω & ἔργον.

v. 655.

Ἀλγίστη δαμάσασθαι, difficillima domitu.

Ἄλγιστος, moleſtiſſimus, difficillimus. *Superlat.* ab ἄλγος, εος, τὸ, dolor : moleſtia.

v. 659.

Ὥπερ ἀρίστω, qui præſtantiſſimi.

v. 660.

Πὺξ μάλ' ἀνασχομένω πεπληγέμεν, Pugnis alte elatis ferire.

v. 663.

Οἰσέσθω, auferet.

v. 665.

Εἰδὼς πυγμαχίης, Peritus cæſtus pugnæ.

v. 666.

Ἅψατο, *ſeq. Genit.* Manu prehendit, *ſeq. Acc.*

v. 668.

Ἀξέμεν, abducturum.

v. 669.

Πυγμῇ νικήσαντ', Me cæſtibus victo : pugilatu vincentem.

Πυγμὴ, ῆς, ἡ, pugnus, manus in pugnum contracta. *h. l.* dimicatio, pugna : cæſtus, pugilatus. a πὺξ, *adv.* pugno *vel* pugnis.

v. 670.

Μάχης ἐπιδεύομαι, in prælio inferior ſum.
— — — ἐδ' ἄρα πως ἦν,
Ἐν πάντεσσ' ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι,
— — — *neque enim ullo modo licet*
In omnibus operibus peritum virum evadere.

v. 671.

Δαήμων, ονος, ὁ, ἡ, doctus, gnarus, peritus. a δαίω, ῶ, diſco, doceor: ſcio.

v. 673.

Ἀντικρὺ, Penitus.
Συναράσσω, *vel* ττω, collido, confringo.

v. 674.

Μενόντων, maneant.

v. 675.

Ἐξοίσουσιν, efferent.

v. 677.

Οἱ, eum contra.

v. 679.

Δεδυπότος, defuncti.] ἐν πολέμῳ τεθνηκότος. *Schol.*
Δεδυπὼς *h. l.* mortuus. *ſed forte propr.* cadens, *vel* qui cecidit. *partic.* a δυπέω, cadendo ſono, ſonitum edo.

v. 680.

Ἐς τάφον, Ad ludos funebres.

v. 681.

Ἀμφεπονεῖτο, curabat.

v. 682.

Θαρσύνων, Confirmans. Μέγα, valde.
Βέλετο, cupiebat.

v. 683.

Παρακάββαλεν] Vertitur *projecit*, quod Græcum verbum ſignificat. *Schol. br.* παρακατέθηκε. Sic de ceſtibus *Virgil.* Æn. V. 402. ſed hoc vix convenit cingulo. *Euſtathius* interpretatur, περὶ τὰ αἰδοῖα ἔθετο, quod melius convenit rei, & *v.* 681. τὸν ἀμφεπονεῖτο. ſed id eſt περιέβαλεν. ERN.

v. 684.

Ἄγραυλος, ε, agreſtis: in agro ſtabulans.
Pugilatus fiebat pugnis loro bovino minutis, quibus ſe percutiebant, ut videmus *h. l.* factum ab Euryalo & Epeo.

Sic

Sic *Theocritus Idyl. XXII. Part. I. v.* 3. ait Pollucem pugnis metuendum :

χεῖρας ἐπιζεύξαντα μέσοις βοέοισιν ἱμᾶσιν,

Cum manus cinxit mediis bubulis loris.

Quod poſtea clarius liquet ex illius cum amico certamine. Similiter apud *Virgilium Æneid. V. v* 401. *ſqq.*

In medium geminos immani pondere cæſtus
Projecit : quibus acer Eryx in prælia ſuetus
Ferre manum , duroque intendere brachia tergo.

Antiquitus autem habebant pugiles *lorulos e crudo bovis corio implicatos*, qui ad volam manus erant revincti, ita ut digiti eſſent nudi , unguibus ſe decerpere liceret: *μειλίχας* priſci dixerunt. Poſtea cæſtus fuerunt in uſu, attenuato in acutum loro , quos ad utriusque manus *καρπὸν*, *articulum* , religabant; uti tradit *Pauſanias* in *Arcadicis* , ſeu *Libr. VIII. Cap.* 40. At *Pollux Lib. II. Cap.* 30. dicit , glandibus plumbeis inſutis riguiſſe : ideoque *σφαιρομαχεῖν* , *cæſtibus decertare*, pugiles dicit. FEITH. *L. IV. C. VI.* §. *V.*

v. 685.

Τὼ δὲ ζωσαμένω] Notandus hic maxime proprius Vocis *Mediæ* Uſus. *Hi autem*, *quum ſe ipſi accinxiſſent*, *&c.* Vide ſupra ad Γ. 141. CLARK.

Tam in lucta , quam pugilatu Veteres demta veſte , media corporis parte cingebantur. Sic enim *h. l.* de Ulyſſe & Ajace luctaturis *Homerus* loquitur:

Τὼ δὲ ζωσαμένω βήτην ἐς μέσσον ἀγῶνα.

Hi autem , cum ſe accinxiſſent , prodierunt in medium circum.

Ulyſſes quoque concertaturus cum Iro , *Odyſſ.* Σ. *v.* 66. *ſqq.*

Ζώσατο μὲν ῥάκεσιν περὶ μήδεα , φαῖνε δὲ μηρὺς
Καλὺς τε μεγάλυς τε , φάνε δέ οἱ εὐρέες ὦμοι,
Στήθεά τε , ςιβαροί τε βραχίονες. — —
Cingebatur quidem pannis circum genitalia , oſtendebat autem femora
Pulchraque magnaque , apparuerunt autem ei lati humeri,
Pectoraque, fortiaque brachia. — —

Confirmat hunc veteris Græciæ morem ex Homero *Dionyſius Halicarnaſſeus*, *Antiq. Roman. Lib. VII.* Τὰ δὲ πρὸ τε-

ἦσαν δὲ αἰσχύνης εἶχον ἅπαντες Ἕλληνες, ὅλα γυμνὰ φαίνειν ἐν ταῖς ἀγωνίαις τὰ σώματα, ὡς Ὅμηρος τεκμηριοῖ μαρτύρων ἀξιοπιστότερός τε καὶ ἀρχαιότατος ὤν, ζωννυμένους τοὺς ἥρωας ποιῶν. *Antea vero turpe habebatur apud omnes Græcos, totum corpus in certaminibus nudare : ſicut colligere licet ex Homero teſtium omnium graviſſimo & antiquiſſimo, dum ſuccinctos inducit heroas.* Primus ſe totum nudavit in Olympico ſtadio Acanthas Lacedæmonius Olympiade XV. ut *idem Auctor* tradit, *Lib. VII. Thucydides* quoque *Lib. I.* narrat, Lacedæmonios primum corpora nudaſſe, cum antea athletæ ſubligacula haberent circum verenda. &c. FEITH. *L. IV. C. VI. §. VI.*

v. 687.

Σὺν ῥ' ἔπεσον, Continuo congreſſi ſunt.

Σὺν — χεῖρες ἐμίχθεν, manus conſertæ ſunt.

v. 688.

Χρόμαδος, ου, ὁ, ſtrepitus *ſeu* ſtridor dentium ex vulnere colliſorum, maxillarum & dentium colliſio. ex χρόα & ὅμαδος, ου, ὁ, multitudo : tumultus, ſtrepitus, quem multitudo excitat.

v. 689.

Ἐπὶ — ὤρνυτο, irruit.

v. 691.

Ἑιστήκειν, Stetit. *Al.* Ἑστήκει.

Ὑπήριπε, ſucciderunt.

v. 692.

Ὑπὸ φρικὸς Βορέω, ſub primo impetu Boreæ.

Ἀναπάλλεται, exilit.

v. 693.

Φυκιόεις, όεσσα, όεν, algoſus, alga abundans. a φυκίον, *vel* φύκιον, ου, τὸ, alga.

v. 696.

Ἐφελκομένοισι πόδεσσιν, pedibus labantibus, trahentem pedes *inutiles.*

v. 697.

Πτύω, ſpuo, exſpuo.

v. 698.

Κὰδ δ' — εἷσαν, collocarunt autem.

Ἀλλοφρονέων, mente alienatus, inſanus.

Ἀλλοφρο-

Ἀλλοφρονέω, aliud ago, *ſeu* in animo habeo, mentem non ad id attendo, quod cerno. 2.) inſanio. 3.) exanimor.

v. 701.

Παλαισμοσύνη, ης, ἡ, lucta. a πάλαισμα, ατος, τὸ, luctatio. *quod* a παλαίω, luctor, certo.

v. 702.

Ἐμπυριβήτης, ου, ὁ, ignem ingrediens, ad ignem aptus, ex ἐν, πῦρ, & βαίνω.

v. 703.

Δυωδεκάβοιος, ου, ὁ, ἡ, duodecim boum pretium æquans. ex δυώδεκα, & βοῦς, bos.

Δυωδεκάβοιον ἐνὶ σφίσι τῖον, duodecim boum pretio inter ſe æſtimabant.

v. 705.

Τεσσαράβοιος, ου, ὁ, ἡ, quatuor boves æquans. *v. c.* pretium.

v. 707.

Πειρήσεσθε, periculum facietis.

v. 709.

Κέρδεα εἰδώς, dolis inſtructus.

v. 711.

Ἀγκὰς - ἀλλήλων λαβέτην, Complexu ſe invicem corripuerunt.

v. 712.

Ἀμείβοντες, tigna culminis, *mutuo ſibi inſeruntur.*

Ἀμείβοντες, tigna ædificium ſuſtinentia; trabes, quæ ſeſe invicem fulciunt.

Ἤραρε, aptat.

v. 714.

Τέτριγει — νῶτα, Stridebant — dorſa.

Ἄερ] *Ut fit.*

Θερσὺς *hic* validus.

v. 715.

Ἑλκόμενα στερεῶς, Attracta fortiter.

v. 716.

Σμώδιγξ, ιγγος, ἡ, *idem quod* σμῶδιξ, ικος, *B.* 267.

v. 717.

Αἵματι φοινικόεσσαι ἀνέδραμον, Sanguine rubentes extiterunt.

v. 718.

Νίκης ἱέσθην, Victoriam cupiebant.

v. 719.

Σφῆλαι, ſupplantare.] καταβαλεῖν, νικῆσαι. *Schol.*

Σφάλλω, ſupplanto, everto, proſterno. 2.) fallo, circumvenio.

v. 720.

Ἔχεν, prohibebat: κατεῖχε.

v. 721.

Ἀνίαζον, tædio afficerentur.

v. 724.

Ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ — Aut me tolle, aut] *Euſtath.* Τὸ ἀναεῖραι δηλοῖ τὸ ἀναβαστάξαι· κυριωτάτη δέ ἐστιν ἡ λέξις, διὸ καὶ ἐπιμένει αὐτῇ ὁ Ποιητής. *Heſych.* ἀνάειρε, ἐπῆρεν, ἀνεβάστασεν, quod ad hunc locum (*v.* 725.) pertinere non animadverterunt viri docti, nec magis explicarunt. Eſt verbum luctæ proprium, eratque τὸ ἀναείρειν, cum, ut exitum lucta haberet, alter alterum, qui tergum obverteret ejus pectori, attolleret. Ibi ergo Ulyſſes, dum tollitur, calce ferit poplitis flexum, a quo ictu cecidit retro Ajax. id πάλαισμα dictum ἰγνυῶν ἀφαίρεσις. ERN.

v. 726.

Κώληψ, ηπος, ἡ, talus, ſura, poples, poplitis flexus. a κῶλον, ου, τὸ, membrum.

v. 727.

Ἐπὶ δὲ στήθεσσιν] *Intellige:* cecidit in pectus Ajacis una ad terram tractus a labente Ajace, qui averſum ſuſtulerat e legibus luctæ. ERN.

v. 733.

Τὸ τρίτον, tertio.

Ἀναΐξαντ' ἐπάλαιον, ſurgentes luctati fuiſſent.

v. 734.

Ἀνίσταιτο, ſurrexiſſet.

Κατέρυκε, cohibuiſſet.

v. 735.

Ἐρείδεσθον, lucta obnitimini.

Τρίβεσθε κακοῖσι, conterimini malis.

v. 739.

Ἀπομορξαμένω κονίην, δύσαντο χιτῶνας] *Quum pulverem ſibi ipſi*

ipſi abſterſiſſent, *veſtes ſibi induerunt.* Vide ſupra ad *v.* 685. & ad Γ. 141. CLARK.

v. 740.

Ταχυτὴς, ῆτος, ἡ, celeritas, pernicitas, velocitas.

v. 742.

Χανδάνω, capio, capax ſum. a χάζω, *idem.*

v. 743.

Ἐπεὶ Σιδόνες πολυδαίδαλοι εὖ ἤσκησαν, Sidones enim ingenioſi ſcite elaborarant.] La loüange qu'Homere donne ici aux Sidoniens s'accorde parfaitement avec ce que nous en apprend l'Ecriture ſainte. DAC.

v. 744.

Ἠεροειδέα] σκοτεινόν· μέγαν· ἢ, ἀναπεπταμένον. ἐν ᾧ ἀὴρ μόνος ὁρᾶται. *Schol.* Vid. ad *E.* 770.

v. 745.

